K. R. 167
(Ink.)

Quoniam vita brevis ac incerta
q̄ fruimur ſenſuſq̄
noſtros negligētie tor
por multimoda di
verſorum occupatio
nos pauca ſcire per-
mittunt.et que plerumq̄ ſunt ſcita iugiter ex
cutit ⁊ evellit fraudatrix oblivio memorie i-
nimica. Neceſſariū fuit vt ꝓvidētia divina in
remediū infirmitatis hūane lr̄aꝝ vſum mor
talibꝰ exhiberet.vt per illū que geſta ſunt et
geruntꝰ conſervarentꝰ in evū. niſi eni ipſa di-
vina natura phos ꝓduxiſſet antiquos quoꝝ
bn̄ficio plura inſinuata ſunt poſteris quibus
gaudemus ⁊ miramur īventis ꝑiſſent artes
evanuiſſent iura ⁊ totius phie ac religionis
⁊ fidei corruiſſēt officia. vn̄ merito ⁊ ritu deo
rū colēdi ſunt a quibꝰ tāti boni īitia fluxerūt
Qua de re aīadvertens Ego Jo. petrꝰ de fer
rarijs inter legū docto. minimꝰ filius quōdā
egregij doctoris dn̄i Auguſtini civis inclyte
civitatis papie que diviciaꝝ ⁊ fortune gloria
fluida atq̄ fragilis ē virtutū aūt gloria clara
eternaq̄ habetur. Et q̄ nulli etiā nato p̄clu
ſa ē via aliquid īventis adicere cum ipſa ve
ritas mundū ſit occupata ſi ex ei multū futu
ris relictū eſt ꝓpoſui ſequi eximij Cathonis
exēplū qui octuageſimū ſextū gens annū ut
nec memoriā tardiorē aut lateꝝ infirmitatē
aut quaſſatā carnē aut membꝛa torrentia aut
linguā impeditā quiſq̄ aīadverteret grecis
lr̄is poſt latinas appetiuit erudiri. Et cū ſibi
eloquentie gloriā ꝯparaſſet id egit ut iuris
quoq̄ civilꝰ ꝑitiſſimꝰ haberetꝰ. ⁊ in mei aliq̄
lem memoriā ac mā̄fredi filij mei necnō ꝓcu
ratoꝝ ⁊ notarioꝝ dc̄e civitatis papie doctri
nam p̄ns opuſculū moderne iudicialꝰ practice
aggregare ſb̄ breviori ⁊ clariori ꝯpēdio q̄ fieri
mihi poſſibile fuit. ut eo mediāte facilior via
ſit ſingulꝰ capere in biennio ad qḋ querendū
antea difficile ꝑvenire fuerat in decēnio itaq̄
fratres ⁊ filioli p̄dilecti alacri ſtudio preſens
opuſculū ſb̄ memorabili nova etate inchoatū
anno nūc currēti M. cccc.quo anno menſe ſe-
prembris natus eſt predictus manfredus fili
us meus gratioſe ſuſcipite curioſe perlegite
⁊ fructuoſe memorie ꝯmendate.ut digni effi
ciamini rem publicam veſtro patrocinio gubꝰ
nare ut īquit Imperator ī ꝓhemio inſtitutionū
in fi.⁊ in.l.advocatos.C. de advo.diver.iudi.
Amputantes ſollicite materiā iurgioꝝ per q̄
res publica leditur ⁊ plerū q̄ ꝯfunditꝰ.ut.l.ſi
quis ingenuā .§. in civilibꝰ.ff.de capti. ⁊ poſt
limi.rever.ſi q̄ꝫ pauci ad āños xxx.pauciores
ad xl.pauciſſimi ad lx. ꝑveniūt. ⁊ ſi tp̄a detra
hantꝰ dormitionis ac infantilꝰ ⁊ decrepite eta
tis parviſſimū tēpus reſtat alicuiꝰ fructus ⁊
opationis deniq̄ mundana ſcīa perit ex toto
finita vita q̄ ut inquit Ariſto.non reminiſci
mur poſt mortē eoꝝ que ſcivimꝰ in vita licꝫ
ſm̄ ſanctū Tho. de aquino aliꝰ ſb̄ſedere dēat
altior intellectꝰ neſcio ꝯſulere alicui ꝑſone n̄
forſitan clerico aut magno diviti q̄ in hꝰmōi
ſcīa gradū doctoratꝰ aſcendat ſed ad ſobrieta
tem ſapere ſufficiat. Gradus eni iſte redigit
hoiem de libertate in ſervitutē cum ſumptu

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

etiã magno querit᷑ ⁊ auietate retinet᷑. ideo
nos admonẽs Seneca inquit ꝙ̃ta dementia
eſt ſupuacua diſcere in tanta tẽpoꝝ egeſtate
⁊ ex h̃ tpe ꝙ ſufficere nec ad neceſſaria quidã
põt etiã ſi diligẽtiſſime cuſtodit⁹ fuerit ma
iorem ptem in ſupuacua erogare. Deo grãs.

## Q Uam hoc iure

cautũ ſit ꝙ agere intendẽs quauis
actione reali pus requirẽ dẽat an reus cõueni
endus ſit illius rei poſſeſſor l' etiã detentator
ſup qua libellus eſt offerẽdus ne illo nõ poſ
ſidente ſeu detinente fruſtratorie laboraret.
Idcirco a vobis dño poteſtate veſtroq; vica
rio ciuitatis papie petit ⁊ requirit Andrin⁹
de la corona ſuo ꝓprio noĩe. q̃tenus ex officio
veſtro ⁊ oĩ modo iure via ⁊ forma quibꝫ me
lius fieri põt interrogetis in iure Joannem
de oliarijs ſuper oĩbꝫ ⁊ ſingul' infraſcriptis
⁊ interrogatũ reſpondere cogatis ſb̃ eius calũ
nie iuramento ⁊ oĩbus iuris remedijs. p̃ an
dictus Jo. tenet ⁊ poſſidet petiã vnam terre
culte poſitã ⁊ iacentem ĩ loco ſartyrane que
eſt prit'. c. cui coheret ab vna parte ⁊c. ¶
Item an inſolidũ l' pro parte teneat l' poſſi
deat ipſam petiam terre. Item ⁊ pro quota
⁊ quãta illã tenet ⁊ poſſidet. Item quo iure
⁊ titulo. Item an dolo l' culpa ipſam terram
deſierit poſſidere ⁊ tenere ⁊c.

## A D declaratio

nem pñtiũ interrogationũ cũ dei
eiuſq; matris ꝟginis glorioſe cuius hodie vi
giliã celebramus auxilio ⁊ ſuffragio acceden
tes capio lr̃am ibi. Cum iure cautũ ſit. dic ꝙ
iſtud ius habet᷑ in. l. qui petitorio. in pncipio
.ff. de rei ven. ⁊ in. l. qui ſeruũ. §. in iure. ff. de i
ter. act. ⁊ ꝙ de iuſtitia ⁊ iure tractaturi ſum⁹
Sciendũ ẽ ꝙ vniuerſũ ius ciuile ⁊ canonicũ
fundatum eſt ſup exẽplis tam hodie q̃ olim
occurrentiũ caſuũ nec imerito ꝙ ut inquit ſe
neca longũ iter eſt ꝑ precepta breue ⁊ efficax
per exẽpla. Ex his eni exẽplis res fit magis
clara ⁊ manifeſta. ut in. l. pretor. §. quotiẽs. ff.
de colla. bo. ⁊ inſti. de gradi. in. §. hacten⁹. Su
per quibꝫ exẽplis elicite ſunt in iure quedã
generales regule ut. ff. de re. iur. ⁊ ex͂ co. ti. per
totũ ⁊ etiã a legũ doctoribꝫ dicuntur multe
ↄcluſiones generales que a pleriſq; ſũmaria
appellant᷑. Sciendũ ẽ etiã ꝙ peritia ⁊ doctria
h⁹ iuris fuit olim eximie reuerẽtie. ſi hodie ẽ
maliuolentie. ut inqt Tullius qui ſic ait. Iu
ris ciuil' ſũma ſemper in honore fuit ↄgnitio
atq; interp̃tatio q̃ ante hãc ↄfuſionẽ tẽpoꝝ
pncipes ĩ ſua poſſeſſione retinuerũt iura nũc
nõ. ut honores ut omnes dignitates gradus.
Sic huius ſcientie ſplendor deletus eſt nec
ĩmerito videm⁹ eĩ hodie plurimas ꝓuĩcias
que legibꝫ non vtunt᷑. ſi vel ſtatutis vl' ↄſue
tudinibꝫ regunt᷑ ⁊ h̃ ꝓpter m'tifarias cauil
lationes ꝓfeſſoꝝ ĩ hac ſcia ſola vero medicia
vbiq; locoꝝ retinet gradũ ſuũ ſequit᷑ in lr̃a.

## ¶ Quamuis actione

reali. Exẽpla h⁹ patent in rei vendicatione
ut dicta. l. qui petorio. ⁊ in. l. i. C. de alie. iudi.
mu. ca. fac. cum ſil'ibꝫ. ⁊ in actione ipotecaria
que realis eſt. ut. l. ⁊ que nondum ſunt. §. qđ
dicit᷑. ff. de pig. facit. l. iiij. §. eſt aũt. ff. ad exhi.
Simil'r ⁊ in actione publiciana ut in. l. cum q̇
in. §. ſi petenti. ⁊. §. in publiciana. ff. de public.
⁊ in multis alijs actionibꝫ realibꝫ. de quibꝫ
hẽtur ⁊ no. inſti. de acti. §. i. ⁊ ij. ſecus aũt dico
ſi agendũ ſit aliqua actione pſonali puta actõ
ne depoſiti vel ↄmodati aut ꝓ ſocio vl' ſil'iũ
nam in actionibꝫ pſonalibꝫ non eſt vtilis nec
neceſſaria requiſitio poſſeſſoꝝ ꝙ eaꝝ natura
eſt ut pſequant᷑ pſonã ⁊ non rem. ut in lege
actionũ genera. in. §. i. ff. de acti. ⁊ obli. ⁊ in. l. ſi
deicõmiſſum. in. §. tractaturus. ff. de iudi. ⁊ in
. l. i. §. ſi heres fundo. ff. ad trebel. ſi quid erit ĩ
actione in rem ſcripta puta ĩ actione. ꝙ met⁹
cauſa. vel ad exhibendũ. dic ꝙ ſi agit᷑ ↄtra poſ
ſeſſorẽ idem ſeruandũ qđ ſ̃ dictũ eſt in mera
reali. ut in. l. iij. in fi. cum. l. ſe. ff. ad exhiben. ⁊ ĩ
. l. metũ. in. §. cum aũt. ⁊. l. ſi cum exceptione. §.
ĩ hac. ff. ꝙ me. cau. Deĩn q̃ro qđ ĩ actiõe mix
ta. vt fami. herci. cõi diui. ⁊ fini. regun. de qui
bus in. §. quedã. inſti. de act. R' attendendũ ẽe
modũ ⁊ qualitatẽ agendi ꝙ in his actionibꝫ
diuerſimode agi põt ideo iudicat᷑ de eis ⁊ ꝓ
ceditur q̃q; tanq̃ de perſonalibꝫ q̃q; tanq̃
de realibꝫ ut ibi no. per glo. ⁊ Dy. ¶ Unum
tñ ẽ aduertendũ ꝙ licet ante premiſerim in
perſonalibꝫ actionibꝫ nõ expedire interrogarẽ
poſſeſſorẽ. ſi ſolũ obligatũ non credas per hoc
in pſonalibꝫ actionibus interrogationes eſſe
ſuperfluas imo dico q̃plures eſſe vtiles ⁊ ne
ceſſarie interrogationes maxie ſi agit᷑ contra
heredẽ obligati. nã interrogabit᷑ an ſit heres
⁊ pro quãta parte ut in. l. i. ĩ pñ. ⁊ in. l. qui in
terrogat᷑ cum ſimilibus. ff. de interro. actio.
Item ſi agitur pro damno dato per ſeruum
vel aliud aid fieri potuerũt interrogationes
vt. l. ſi quis ĩ iure. ⁊. l. qui ſeruũ. in pñ. ⁊. l. ſi
defenſor in fi. ff. de inter. actio. ⁊ ĩ pluribꝫ alijs
caſibꝫ quos enumerat glo. in dicta. l. i. ⁊. ẽ aũt
. ff. de inter. act. ſequit᷑ in litera.

## ¶ Uel etiam detẽta

toꝛ.hoc ideo dicit ꝙ aliud ē rem poſſidere ⁊ aliud detinere ut ꝓbatᷣ in.l.ſtipulatio.§.hi quoqꝫ.ff.de vbo.ob.⁊.l.poſſeſſio.§.qui in aliena.ff.de acqui.poſſ.⁊ reales actiones dantᷣ tā ɔtra detinentē ꝙ̄ contra poſſidentē. ut in.l.officiū.ff.de rei ven.cum ſi.ꝛc.

¶ **Fruſtratoꝛie la**

boꝛaret. Hꝰ eſt rō ꝙ ſi appareret reum non poſſidere ſine culpa ⁊ dolo ſui ſiue ante litē ɔteſtatā ſiue poſt deberet abſolui. ut in d.l.qui petitorio.⁊ in.l.ſinaūt in pn.ff.de rei vē.⁊.l.ſi fundus.§.in vendicanti.ff.de pig.cū ſi. vbi aūt deſiiſſet poſſidere dolo ꝉ culpa.tunc pinde ɔdemnādus eſſet ac ſi poſſideret ſm determinationē.l.ſi culpa.⁊.l.ſi is qui dolo.ff.de rei.ven.ſequitᷣ in lrā.

¶ **Quatenus ex offi**

cio veſtro. Nōnter dicitᷣ in lrā ex officio ꝙ īterrogationes non fiunt iure actōnis.ut no.glo.ſup ḃca.ff.de interga.actio. nec in eis offertᷣ libellus ſ ſūmari per iudicem expediūtur.ut i.l.ſi defenſoꝛ.i.§.illud queritᷣ.ff.de īterro.acti. ¶ Sed quo tpe fiunt hꝰmodi interrogationes.dic ꝙ quedā ſunt que fiunt ad litis oꝛdinationē ſeu ꝑparationē ⁊ iſte fiunt ante litē ɔteſtatam ut ille de quibꝫ ſ̄. Quedā vero fiūt ad litis deciſionē. ⁊ iſte fiunt poſt litem ɔteſt.vbicūqꝫ iudicem equitas mouerit.ut.l.vbicunqꝫ.ff.de inter.actio. ⁊ ibi per glo. ⁊ docto.⁊ de h̄ etiā glo.diſputat late i.l.i.in pn.ff.eo.ti.⁊.ſpec.in ti.de iter.§.i.⁊ ſm aliquos fiunt tales ꝑparatoꝛie interrogatōnes vno ɔtextu cum libello. Aliqui aūt faciūt ante libellū. ut no. per glo.in.l.i.ff.ad exhiben.⁊ per Bar. in.l.ſi finita.§.iulꝰ.ff.de dam.infect.⁊ ꝫ.item quero. vtrūqꝫ eſt ſatis tolerabile ⁊ practicabile.ſequitᷣ in lrā.

¶ **Interrogetis i iu**

re. Intellige in iure.i. coꝛam iudice ⁊ apud iudicem vbicunqꝫ ɔſtitutꝰ ſit ſiue ad tribunal ſiue in camera ſiue i alio honeſto loco ut l.voluit in fi.⁊.l.q ſeruū.§.i iure.de iter.act.

¶ **Cōpellatis reſpō**

dere. An aūt iurabit de calūnia puto ꝙ ſic per.l.ij.§.i.de iura.calum.⁊.c.i.eẋ.de iura.calᷣ. Quid aūt ſi nolit reſpondē dic ꝙ per iudicem ē ɔpellēdus iuris remedijs.ut i.l.voluit in pn.⁊ in.l.ſi defenſoꝛ.§.illud ſequitur.ff.de interro.acti. niſi foꝛtaſſe iuſtā cauſam habēt recuſandi.ut in.l.et quia.in.§.interdū.ff.eo.ti.de quo iudex ſūmati ɔgnoſcet. ⁊ ſi opus fuerit tēpus ad deliberandū reo ſtatuet. ut in dicto.§.illud.⁊.l.qui iterrogatᷣ.eo.ti. Sꝫ quid ſi eſt paratus reſpondere ſed non vult iurare.an tenebit ṙnſio dic ꝙ in penam ſue ɔtūacie damno afficietᷣ totius cauſe.ut in.c.fi.eẋ de iura.calum.⁊ in dicta.l.ij.in fi.C.eo.ti. Quid aūt econ̄ ſi iurauit ⁊ tn̄ ṙndere recuſauerit dic ꝙ hētur ꝓ negāte vꝉ ɔfeſſo ꝓut hētur ꝉ fuerit vtilius interroganti.ut in.l.de etate.§.q tacuit.ff.de interro.acti. Et idem ſi obſcure ṙndeat ꝙ hec ſunt paria nō reſpondere ꝉ obſcure ṙndere.ut dicta.l.de etate.in.§.nihil.⁊ facit ad predicta.c.i. ⁊ ij. et qd̄ ibi no.eẋ de ɔfeſſ.li.vi. Sed poſito ꝙ ſolēniter ſit facta ṙnſio.an obligetᷣ ipſe reſpōdens ex hac reſponſione.dic breuiter ꝙ ſic ſi ɔtraxiſſet.ut dicta.l.de etate.§.qui iterrogatus.⁊.l.fi.⁊.l.ſi is cuius.§.fi.ff.de inter.acti. niſi talis reſponſio iuri ⁊ nature repugnaret ut.l.ɔfeſſionibꝫ. ⁊.l.ſi is cuius.ff.eo.ti.⁊ nō per glo.in.l.i.C.de ɔfeſſ. ¶ Regulariter eni ɔfeſſio ꝑiudicat ɔfitenti ſi fuerit emiſſa in iudicio.ut d.l.i. Itē ſi fuerit emiſſa eẋ iudiciū parte pn̄te. ſecus aūt ſi ea abſn̄te. ut in.l.certum.in.§.ſi quis abſente.ff.de ɔfeſſ. Sed qd erit ſi ɔfeſſio ſit emiſſa extra iudicium pte abſente coꝛam vicinis.an preiudicet ɔfitenti dic ꝙ aut ē ɔfeſſio emiſſa in vltia voluntate ⁊ tunc preiudicat ſi non fuerit reuocata tam ipſi ꝙ̄ heredi ſuo.vt plene no.per Cy. in.l.generaliter.in vij.q. cum ſequēti.C.de non nu.pecu. Aut fuit emiſſa inter viuos ⁊ tunc aut ē obligatoꝛia.⁊ non ꝑiudicat. ut.l.cum de indebito.in fi.ff.de ꝓba. ⁊ no.in d.l.i.ꝑ docto. Aut ē ɔfeſſio liberatoꝛia. ⁊ tunc opi.ſunt ɔtrarie glo. ⁊ docto. ut plene diſputat Bar.in.l.non ſolum.§.ſi liberationis.ff.de libe.lega.dicūt quidā ꝙ ex hac ɔfeſſione ꝑtiqueritᷣ doli exceptio que equitate nititᷣ. ut in.l.doli.ff.de excep.⁊ hanc opi.tenet glo.in dicto.§.ſi liberationis.⁊ in.l.pomponiꝰ ſcribit.ff.de neḡ.geſt.ꝓ qua facit qd̄ no.Inno.in.c.veniens.eẋ de renun.⁊ docto.in.l.poſtꝙ̄.C.de pact.⁊ in auc̄.de teſti.§.⁊ licet. aliqui dicunt ꝙ nulla exceptio queritᷣ. quā opi.ſequitur glo.in.l.idem cū duabꝫ ſe.ff.de pac.in dicta.l.pomponiꝰ.in glo.magna pro qua facit textꝰ in.l.ſi tibi.§.pacti.ff.de pact.⁊.l.⁊ heredi.§.nos aūt.ff.de pact.⁊.§.nullius.in glo.que incipit non idem in extneo.⁊ hanc ꝑtem ſequitur Bar.non obſta.ɔtraria ꝙ dicit per eum no.in d.§.ſi liberationis. Quid aūt dices ſi facta reſponſione dictis interrogationibꝫ per ipſum reum poſtea dicat ipſe reus me penitet talis reſponſionis facte et i

interrogationi vnde ipſam reuoco an ſit au
diendus dic ꝙ ſic regulariter ſi ſb̄ſit iuſta
cauſa penitentie ⁊ ius auctoris non ledatur
nec deterius ex tali reuocatione efficiat᷑ .ut ī
l.de etate.§.celſus.⁊ in §.ex cauſa. ⁊ in.§. qui
iuſte.ff.de interro.act.de quo latius dic ut.ī.
determinabitur.¶ Sed circa h̄ quero qñ ⁊ q̄
tempore admittatur talis reuocatio ⁊ pnīa.
quidā dicunt ꝙ ante litem ↄteſtatā tm̄. alij
ꝙ etiā poſt de quo no.per glo.in d.§.celſus.
Tu tñ ſm̄ docto. ⁊ Bar. dic ut no.in.l.non
fatetur.ff.de ↄfeſſ.diſtinguendo ſic. Si que
ritur an ⁊ qñ quis reuocare poſſit ↄfeſſionē
vel reſponſionē. aut loquimur de ↄfeſſione
emiſſa extra iudiciū. ⁊ de ea dic ut h̄etur ꝑ
Cy.⁊ Ja.butri.in.l.error.C.de iur.⁊ fact.ig.
⁊ per Dy.in.c.ignorantes. ex̄ de reg.iur.⁊ ꝑ
glo.in.l.generaliter.C.de non nu.pecu.⁊.l.cū
de indebito.in fi.ff.de ꝓba. In quo articulo
diſtinguit᷑ ꝑ eos ſic. Aut quis ↄfitet᷑ aliq̄d
extra iudiciū ſcienter aut ignoranter. ꝑ̄ caſu
aut ↄfeſſio iuri ꝉ nature repugnat ⁊ non te
net ipſo iure. ideo de facto reuocat᷑ ſicut de
facto ꝓceſſit.ut.l.ↄfeſſionib9. ⁊.l.ſi is cuius.
ff.de inter.act. aut ↄueīt iuri ⁊ nature ⁊ tūc
ſb̄diſtingue.aut ↄfeſſio emittit᷑ ſup̱ his q̄ ꝑ
ↄſenſū poſſunt induci.⁊ non poteſt reuocari
ut.l.iij.§.in amittēda.⁊.l.ſi quis vi.§.dr̄a.ff.
de acqui.poſſ.⁊.l.tale pactum.ff.de pact. Aut
emittit᷑ ſup̱ his que per ↄſenſum induci nō
poſſunt.⁊ pōt reuocari.ut.l. cum falſa.ſm̄ ꝑ̄
mam lect.C.de iu.⁊ fact.igno. Sed quid in
ↄfeſſione emiſſa in vltia voluntate an poſſit
reuocari.dicit Cy. in.l.generaliter.C. de nō
nu pecu.i.xij.q.ꝙ non pōt reuocari ſm̄ pe. ſ
Ja.de bel.in auc̄. de iure iur.diſtinguit alit᷑
Aut ↄfeſſio eſt facta parte pn̄te uꝉ alio ei9
noīe recipiēte per quē pōt parti abſ̄ti acqri
ut puta notario ſeruo ꝉ filio. ⁊ tunc nō pōt
reuocari. Aut ē facta parte abſ̄te ⁊ notario
nullius noīe recipiente.⁊ tūc non p̄iudicat
⁊ pōt reuocari.quā opi.tenet Bar. in.l.cum
quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.iij.ar.l.fi.
de inter.act.⁊.l.certū.§. ſi quis abſenti.ff. de
ↄfeſſ.iūcta p̄dicta.l.generaliter.cum ſi. ⁊ q̄d
no.in.l.heredes palam.§.fi.ff.de teſta. 2° caſu
p̄ncipali cum quis ↄfitet᷑ ignorāter ⁊ errāt
dic ſm̄ Dy.vbi d̄ ꝙ aut erratur in iure aut
in facto.ſiquidē erratur in iure aut errat᷑ in
iure nāli ⁊ error non excuſat nec reuocat᷑.ut
in.l.ſi adulteriū cum inceſtu.§. ſtuprū.ff. ad
.l.iul.de adul. Aut errat᷑ in iure cōi quaſi
naturali.⁊ adhuc idem ut.l.ij.C.de iuꝰ vo.
Aut errat᷑ in iure ciuili ⁊ tunc aut agit᷑ de
damno vitando.aut de lucro captādo. ſiq̄dē

agitur de damno vitando. ⁊ tunc aut errat᷑
in eo in quo requirit᷑ dolus ver9.aut in eo ī
quo ſufficit dolus preſūptus uel lata culpa
vꝉ leuis uel leuiſſima. Si quidē errat᷑ in ca
ſu in quo verus dolus requirat᷑ tunc error
talis excuſatur ⁊ reuocat᷑.ut.l.ſi quis in gra
ui.§. ſi quis ignorans.ff.ad ſil. Si vero in eo
in quo ſufficit dolus preſūptus ꝉ lata culpa
tunc ſb̄diſtinguendū ē. Aut illud tale erat
publice notum vere ꝉ preſumptione iuri. vt
ꝙ facta ē lex ⁊ currerunt duo menſes a tp̱e
publicationis ipſius ⁊ tunc error talꝉ nō ex
cuſatur nec reuocat᷑.ut in.l.leges ſacratiſſie
.C. de legi.C. de iu.⁊ fact.igno.l.ↄſtitutio
nis.⁊.l.pꝉ.§.licet.ff.de publi.iudi.⁊.l.diu9
claudius.in p̄n.ff.ad.l.cor.de fal. Si vero nō
erat publice notum vere ꝉ preſūptiue tunc
error reuocat᷑ ⁊ ignorantia excuſat᷑. ut.l.vl.
ff.de decre.ab or.fa. vbi agitur aūt de lucro
captando ſb̄diſtingue ꝙ aut lucꝝ ꝓcedit cū
alterius iiuria.ut eſt in vſucapione ⁊ preſcri
ptione.⁊ tunc error non reuocat᷑ neqꝫ igno
rantia excuſat᷑ ſiue potuit peritiores ↄſulere
ſiue non.ut.ff.de iu.⁊ fact.igno.l.iuris igno
rantia.⁊.ff.de vſucap.l.nūq̄.⁊.l.ſi fur. Aut
lucrū ꝓcedit ſine alteri9 iiuria. Tūc diſtin
gue aut potuit ↄſulere peritiores ⁊ tūc non
excuſatur nec error reuocat᷑.aut non potuit
ↄſulere peritiores ⁊ tunc ignorantia tolerat᷑
⁊ excuſat᷑.⁊ ſi opus ē error reuocat᷑. ut.ff.de
iu.⁊ fact.igno.l.regula.§.ſed iure.⁊.§.ſi quis
⁊.ff.de bo.poſſ.l.i bonoꝝ.⁊ quis or.in bo.poſ
ſeue.l.ij.§.fi.fallit in caſu.l. ſi duo.ff.de acq.
here. Q̄d ea rōe ↄtingit ꝙ ibi cauſa de qua
agebat᷑ originem ſumebat a lucro ideo licꝫ
in ↄſequentiā damnū inducat non per h̄ d̄r
ꝙ tractaret᷑ ibi ſimplicit᷑ de damno vitan.
ꝙ origo ⁊ p̄ncipium magis attendit᷑ q̄ȝ id
q̄d poſtea ⁊ in ↄſequētiā ſequit᷑.ut.l.i.i p̄n.
ff.de auct.tu.⁊.l.q.i p̄n.ff.de do.⁊.l.clā poſſi.
in p̄n.ff.de acqui.poſſ. ⁊.l.tutor.ff. de fidei9.
2° caſu p̄ncipali qñ viꝫ.erratur in facto tunc
diſtingue aut errat᷑ in facto ꝓprio. aut i alie
no. Si in alieno tunc ſb̄diſtingue aut tale
factū erat publice notum ⁊ tunc ignorantia
non excuſatur nec error reuocat᷑. ut.l. ſed ſi
pupillus.§.preſcribere.ff.de inſti. Aut non
erat publice notū ⁊ tunc error excuſat᷑ ⁊ re
uocatur.ut.l.fi.ff. pro ſuo. ⁊ in regula cū qs
in ius.de reg.iur.li.vi. Si vero fuit error ī
facto ꝓprio ſup̱ quo emiſſa dicit᷑ reſponſio ꝉ
ↄfeſſio.aut ↄfitens tractat de damno vitādo
ꝉ de lucro.ſiquidē de lucro tunc error nō to
lerat᷑ nec reuocatur.ut.l.regula.⁊.l.cū qs.de
iu.⁊ fact.igno. Si vero tractat᷑ de damno

aut cum alterius ĩiuria ⁊ tunc error non ex
cuſatur. ut .l.ꝙ.ꝙ.ff. ad velley. aut ſine alte
rius ĩiuria. ⁊ tunc error reuocatur ⁊ excu
ſatur.ut.ff.de ↄdi.inde.l.ſi ⁊ ſi me putem.in
pn.⁊ in.§.cum iter.ff.de acti.emp.l. ſi tibi li
berum.⁊ ſic ĩtelligatꝰ.l.ſi res obligata.⁊ q̇ð
ibi no.ff.de le.i. Quid aũt dicemꝰ ĩ ↄfeſſio
ne ꝉ reſponſione fc̃a in iudicio.dic ſm̃ Bar.
⁊ alios docto.ut no.in.l.non fatetꝰ.ff.de ↄfeſ.
⁊ in.l.error.C. de iu.⁊ fact.igno. ⁊ in.l.i.C.
de ↄfeſſ.ſic diſtinguendũ eſſe ꝙ aut quis ↄfi
tetur falſũ ſcienter aut ignorãter ⁊ per er
rorem. ſi quidé ↄfiteatꝰ quis ſcienter.aut ta
lis ↄfeſſio fit ſup aliquo tendente ad litis
ꝑparationé.aut ad litis deciſioné. ꝑ caſu q̃
tendit ad litis preparationé aut illa ꝛñſio ꝉ
ↄfeſſio reſpicit iuriſdictioné iudicis. ⁊ tunc
non reuocatꝰ ſꝫ potius obſeruatur.ut.l.i.⁊ ij.
in pn.cum ibi no.in glo.ff.de iudi. Aut reſ
picit ꝓſecutioné cauſe. ⁊ tunc aut actor ſcie
bat illud falſum eſſe ſicut ipſe ↄfitens ⁊ re
ſpondés ⁊ põt talis ↄfeſſio ꝉ reſponſio reuo
cari.ut.l.nam ſi actor.ff. de rei ven. aut igno
rabat ⁊ tunc aut lis nondũ eſt ↄteſtata aut
erat ↄteſtata.ſi vero erat ↄteſtata tunc ſꝫdi
ſtingue aut actor erat ignorans de pſona cõi
quã dirigeret actioné ſuam.⁊ hic obtulit ſe
defenſioni litis ſcienter tanq̃ poſſeſſor rei et
tunc non poterit ↄfeſſio ⁊ reſponſio reuoca
ri.ut.l.is qui ſe obtulit.⁊ ibi notatꝰ p glo.ff.
de rei ven. Aut actor erat certus de pſona
ↄtra quã ĩtédebat agere licet iſte ſe obtulit
⁊ tunc aut ex reuocatione ↄfeſſionis ꝉ reſpõ
ſionis actorũ efficeretur deterius ⁊ non au
ditur nec admittitur reuocatio.ut in d.l.de
etate.§. celſus.alˀs ſecꝰ ut ibi. ſi vero lis eét
ↄteſtata tunc indiſtincte reuocatio nõ habꝫ
locum nec admittitꝰ.ut ĩ d.l.is q ſe obtulit.
in pn.vbi aũt ↄfeſſio ꝉ reſponſio fit ſup his
que tendunt ad litis deciſioné qð é z^m mé
brũ pncipale diſtinctiõis.diſtingue ſic. Aut
ↄfeſſio fit ĩ cã corpali ⁊ crimiali ⁊ non ligat
ↄfitenté niſi in ea pſeueret.ut.ff. de appel.l.ñ
tm̃.⁊.l.i.§.diuus.⁊.§.ſi qs vltro.ff. de queſt.
vnde poſſet reuocari. Aut fit ↄfeſſio in cau
ſa ciuili ⁊ pecuniaria ⁊ tunc regulariter non
põt reuocari imo ↄfeſſus ſtati hétur ꝓ iudi
cato.ut in.l.prima.C.de ↄfeſſ.adeo ꝙ in con
feſſum mille ſunt partes iudicis niſi in feré
do ſñiam contra eum ſi lis eſt ↄteſtata. vt.l.
proinde.ff.ad leg.acquilꝰ. Item in aſſignãda
terminũ ad ſolutioné faciendã lite nõ ↄteſt.
vt.l.ſi debitori.ff.de iudi. Fallit tñ regula
in caſibꝫ poſitis per glo. ⁊ docto. in d.l.i. de
ↄfeſſ. Dixi vlterius ꝙ aliqñ quis ↄfitetur

in iudicio falſum ignorãter ꝉ erranter. ⁊ hꝫ
ↄſidera ꝙ aut talis erronea ↄfeſſio emittitꝰ
circa ea que reſpiciũt iuriſdictioné iudicis ⁊
tunc põt reuocari tam ante ſñiam q̃ poſt.ut
.l.ſi per errorem.ff.de iuri. om.iudi.⁊.l.i.⁊ ij.
C.ſi a non ↄpe.iudi.⁊ qð no.in.l.ij. in pn.ff.
de iudi. Aut reſpicit ꝑparatoria ⁊ pſecutio
nem cauſe ⁊ tunc in omibꝫ ꝑmiſſis caſibꝫ in
quibꝫ dictũ eſt ꝙ põt ↄfeſſio reuocari facta
ſcienter poterit ⁊ multomagis facta ignorã
ter ꝉ erráter. In alijs aũt caſibꝫ ſꝫdiſtingue
aut error ille nullã habet in ſe culpam ⁊ po
terit ↄfeſſio reuocari uſqꝫ ad ſñiaꝫ ꝓbato de
errore.vt ĩ.l.error.⁊ ibi no. p gl.C.de iuri.⁊
fact.igno.⁊ hꝫ ipſo iure. Sed aliqñ ope reſti
tutionis admittitꝰ reuocatio poſt ſñiam ex
clauſula generali.ut d.l. de etate.§. ex cauſa.
.ff.de interro.act.⁊.l.fideicõmiſſa.ff. de ↄfeſſ.
Aut error habet in ſe culpã annexam ⁊ tũc
aut latam ⁊ non põt reuocari ↄfeſſio. ut d.
.l.de etate.§. qui iuſto.in fi. ⁊ ꝓ tanto ſi qs
errat in iure non auditur uolens ↄfeſſioné
reuocare ꝙ lata culpa é ius ignorare.ff.de ꝟ
ſig.l.late culpe. ⁊.l.leges ſacratiſſime.C. de
legi.⁊ no.in d.§.qui iuſto. Similꝛ non au
ditur quis qñ in facto ꝓprio ⁊ ꝑcedente deli
beratione ſup hꝫ puta ꝙ habuit terminũ de
liberandi ⁊ reſpondendi a iudice aſſignatũ
ↄfeſſus é aliquid ut no. per Arch.⁊ alios in
.c.fi.ex̃ de iure iuri.li.vi. ⁊ fit rõ ꝙ eſt tũc in
lata culpa.ſecus ergo é ſi in facto alieno con
feſſus fuerit ut ibi no. Aut error hꝫ in ſe le
uem culpam ⁊ tũc põt reuocari ⁊ etiã vſqꝫ
ad ſñiam ꝓbando ↄtrariũ. ut.l.non fatetur
.ff.de ↄfeſſ.⁊ ibi no.de hac mã. ⁊ predicta ꝓ
cedunt in ↄfeſſione emiſſa ſcienť ꝉ ignorãť
ab ipſa pncipali perſona. Si aũt talˀ ↄfeſſio
emiſſa fuerit a ꝓcuratore eius ꝉ tutore ꝉ cu
ratore. an ꝑiudicet dño dic ut hétur ⁊ no.ĩ
.l.certum.§.ſed an ipſos.ff.de ↄfeſſ.⁊ per glo
in.c.i.in fi.ex̃ ut lite non ↄteſt.⁊ ibi per doc.
⁊ vide que ſcripſi.ſ.circa reſponſioné ſequé
tis libelli in glo.ſup ꝟ.ſymonis ſpelta.ſed hꝫ
reſtat querere qualiter ꝓbabitur de errore
Et ſm̃ glo.cõiter ut no.in d.l.non fatetꝰ.⁊ in
dicta.l.certum.§.ſꝫ an ipſos. ⁊ ibi de hꝫ.ff. de
ↄfeſſ. ⁊ in.l. cum de indebito.ff. de proba.⁊
per docto. in dicta.l.error. qð probabitur ⁊
⁊ demonſtrabitꝰ rem ſe habere aliter q̃ con
feſſus fuerit cui opi.ↄſonat tex.in d.l.de eta
te.§.ex cauſa. ibi mox ꝓlato teſtaméto ꝛc.⁊
facit qð no.per Dy.in .c. preſuitur ignoran
tia.ex̃ de reg.iuri.li.vi. Tu tñ ſm̃ Bar.ple
nius diſtingue. aut loq̇mur de errore adhi
bito ex̃ iudiciũ aut in iudicio. ꝑ caſu aut qs

vult reuocare errorem alienū ꝙ fingitur eſſe
ꝓpriū utputa ꝓcuratoꝛ ſui vł tutoꝝ ſeu cu
ratorū ⁊ tunc ſufficit ꝓbare rē aliter ſe hr̄e
q̄ꝫ eius ꝯfeſſio exprimat.ut in ꝺ ꝯ.ſed an ipos.
⁊ ibi glo.licet ille ꝯ. p̄ma facie loquat̄ in cō
feſſione iudiciali. Aut quis vult reuocare
errorem vere ſuū ꝓpriū ⁊ tūc aut ꝯfeſſio in
teruenit ſup̄ facto eius ꝓprio ⁊ tunc aut ille
qui allegat ſuum errorem tractat de dam-
no vitando.⁊ aduerſarius de lucro.⁊ adhuc
ſufficit ꝓbare rem aliter ſe hr̄e. ut.l.ſi poſt
diuiſionē.C.de iu.⁊ fact.igno.⁊.l. ſed ſi me
putem.in ꝯ.cum iter.ff.de ꝯdi.indebi. ⁊ glo.
ē in.l.cum de indebito.ff.de ꝓba. exēplū in
pecunia ſoluta que tn̄ indebita repetitur.nā
ſufficit ꝓbare cauſam falſam ꝓpter quā ſecu
ta ē ſolutio. aut vterq̄ꝫ tractat de damno vi
tando ⁊ ſic ſunt in pari cauſa.⁊ tunc ſi erroꝛ
interceſſit in facto alieno ſufficit ꝓbare rem
aliter ſe habere.ut ē dictū eſt. Si vero inter
uenit in eius facto ꝓprio tunc non ſufficit ꝓ
bare rem aliter ſe habere n̄ ꝓbentur alie cir
cumſtantie ex quibꝰ veriſil'r potuerit cadere
in errorem.vt verbi grā ſi ꝓbet ſe inductū ad
uerſarij ł alterius calliditate ad ſic reſpondē
dū.ut.l.i.i fi.ff.qn̄ acti.ꝺ pecu.ē anna. ⁊ in.l.
hoiem.ff.pro ſuo. Idem ſi r̄nſio ł ꝯfeſſio fa
cta ē ſup eo qꝺ erat multū de longinquo in
quo pōt cadere erroꝛ ł ignorantia. ut.l.pere
gre.in pn̄.ff.de acq.poſſ.⁊ no.per Dy.in.c. p̄
ſumitur ignorantia vł ſi interceſſit ſup aliq̄
facto implicito.ut.l.pe.ff. de ꝯfeſſ. ⁊.l.ēptoꝛ.
in ꝯ. lucius.ff. de pact. Sꝫ aūt caſu p̄ncipali
cum loquimur de errore īteruenīēte ī iudicio
tunc ꝯſidera ꝙ aut erroꝛ īteruenit circa p̄pa
ratoria iudicij vł cauſe. ⁊ ſufficit ꝓbare rem
aliter ſe hr̄e quo ꝓbato de errore p̄ſumitur
ut ꝺ.l.de etate ꝯ. qui iuſto. Aut īteruenit
circa deciſoria cauſe ⁊ tunc ſiquidē in facto
ꝓprio.⁊ tunc nō ſufficit ꝓbare rem aliter ſe
hr̄e niſi ꝓbentur circūſtantie de quibꝰ ſup̄
dixi.ſi non in facto alieno ⁊ tunc ſufficit pro
bare rem aliter ſe hr̄e.ut no.in dc̄o ꝯ.ſed an
ipſos. ⁊ predicta ꝓcedunt in errore facti. ¶
Quid aūt dicam de errore iuris dic ꝙ regu
lariter iuris erroꝛ non p̄ſumitur. ꝓbatur
tamen de iuri. errore ex qualitate pſonaꝝ ⁊
negocioꝝ.ut.l. regula.ff.de iuri. ⁊ fact.igno.
⁊.l.ſi adulteriū cum inceſtu ꝯ i.ff. de adulte.
Que aūt ſupius dicta ſunt de errore adhita
coram iudice locum habent etiā coram arbi
tro electo cum pena ł ſine rato manente pa
cto. ut.l.cū antea.C. de arbi.⁊ etiā corā arbi
tratore cuꝰ ſnīa ex forma ſtatutoꝝ mandat̄
executioni ſicut ſnīa iudicis.ut ſequit̄ Bar

in ꝺ.l.non fatetur. in fi.ad qꝺ facit qꝺ de ar
bitratore no.per eum in.l.poſt rē.ff.de trāſac.
⁊.l.a diuo pio ꝯ i.ff.de re.iudi.ſeqt̄ in lr̄a.

## ¶ Sub eius calūnie

iuramento. An aūt teneat̄ tale iuramentū
preſtare dixi ē in p̄cedenti glo. ⁊ vide i glo.
fi.ꝯ.ti. ꝓrimo ſe. ſequitur in lr̄a.

## ¶ Primo an dictus

Jo.tenet ⁊ poſſidet. Dr̄ia ē inter tenere et
poſſidere cum tenere ad nudū factū poſſidē
aūt ad ius referatur.ut ē dixi.⁊ ꝓbat̄ in.l.
poſſeſſio ꝯ i.ff. de acqui. poſſ. ¶ Quid aūt di
ces ſi reſpondeat ſe non poſſidere nec tenere
⁊ tn̄ re vera ꝓbatur ipſum tenere ⁊ poſſidē
dic ꝙ in penam ſui mendacij aufert̄ ſibi poſ
ſeſſio.⁊ trāſfert̄ ante oīa in actorem.⁊ efficit̄
ipſe reꝰ ⁊ de reo petitoꝛ.ut.l.fi.ff.de rei ven.
⁊.l.qui ſeruū ꝯ qui in iure.ff. de inter.actio.
⁊ facit auc̄.hꝫ ſi debitoꝛ.C. de pigno.

## ¶ Item quo iure et

titulo. Licet aūt hꝰmodi iterrogatio poſſet
fieri tn̄ non tenetur reus r̄ndere qn̄ eſt iuri
ꝯtraria.ut.l. cogi poſſeſſorē.C. de peti. here.
⁊ ibi no.⁊ regula ē ꝙ poſitioni vł interroga
tioni que ſit ꝯtraria iuri non ꝯpellitur quis
reſpondere.ut no.in.l.i.C.de ꝯfeſſ.⁊ p Bar.
in dicta.l.non fatetur.circa fi. ⁊ in.l.ornamē
torum.ff.de au.⁊ ar.lega. ſequit̄ in lr̄a.

## ¶ Item an dolo deſi

erit. ¶ Iſta interrogatio non ē multū in vſu
ſed tn̄ fieri pōt ꝙ omne qꝺ eſt ꝓbabile ē po
nibile vel in modū poſitionis ł interrogatō
nis. ut no.glo. in .c.i.⁊ ij. eꝫ de ꝯfeſſ.li.vi.et
Bar. in ꝺ.l.non fatet̄. ⁊ ſpe. in ti. de poſi.in
pn̄. Si eni ꝓbetur ꝙ dolo ł culpa poſſidere
deſierit p̄inde ꝯuenitur ⁊ ꝯdemnat̄ ac ſi poſ
ſideret. ut in.l.ꝓinde.ff. de reg.iuri. ⁊.l.is q̄
dolo.⁊.l.ſi culpa.ff.de rei ven. ⁊ facit.l.qui pe
titorio.in pn̄.ff. de inter.act. ⁊.l.ſi rem.ff. de
excep.rei iudi.al'e de iudi. cum ſi. vnde tali
interrogationi tenent̄ reſpondere.l.quotiēs
in ꝯ pretoꝛ.ff.de nota.al'e de coll'.bono.qꝺ ſe
quitur Bar.in.l.ſi gener.ff. de his qui ut in
dig. ¶ Inſuper ſcias ꝙ hic potuiſſem recitare
materiā poſitionū ſed ipſam reſeruo ꝯ.in ſpe
ciali tractatu poſitionū.ſub titulo de poſitiō
nibus. His preparatorijs expeditis. venio
ad formationem libelli ⁊c.

¶ Forma libelli in actione reali.

# Q Ɔꝛam uobis

Egregio ⁊ potenti viro dño
poteſtate ciuitatis Papie nec
non domino vicario veſtro. ꝑ
git ⁊ in iure ꝓponit non in modum ſolénis
libelli. ſ; qlis ql' petitionis ſeu facti narratio
nis Andrinus de la corona ſuo ꝓprio noīe
ɔtra ⁊ aduerſus Joanné de oliarijs ⁊ ɔtra
quácunq; pſoná ꝓ eo ⁊ eius noīe in iudicio
legitie ɔparenté dicés ⁊ in iure ꝓponens ꝙ
ſupſcriptus Jo. licet indebite ⁊ iiuſte tenet
⁊ poſſidet quádam petiá terre culte ptitl. c.
poſitarũ ⁊ iacentiũ in loco ⁊ territorio ſaty
rane diſtrictus papie cui coheret ab vna pte
ꝛc. Que quidé petia terre ſiml' cũ ptinétijs
ſuis ſpectauit ⁊ pertinuit. ⁊ hodie ſpectat
⁊ pertinet ad ſ̃ſcriptũ andrinũ iure dominij
l' quaſi ex veris ⁊ legitis titulis ⁊ cauſis.
Item dicit ⁊ ꝓponit ut s̃ ꝙ idem Jo. ſpatõ
ãnoꝝ quiq; ꝓxie pteritoꝝ habuit ⁊ pcepit
⁊ veriſilr pcipere potuit ex dicta petia terre
tot ⁊ tantos fructus inter frumentũ ⁊ ſica
lem qui fuerũt ⁊ hodie eént ſi extarent ptij
⁊ ualoris vno anno cum alio ɔputato ptij
⁊ valoris in ſũma totius tpis antedicti flo
reñ. ccc. Item dicit ⁊ ꝓponit ut s̃ ꝙ ipſe Jo
pſcriptá petiá terre ſimul cum fructibꝫ per-
ceptis ⁊ quos pcipe potuit ex eadé hucuſq;
dare ſoluere relaxare ac dimittere recuſauit
⁊ hodie recuſat indebite ⁊ iiuſte ꝛc. Quare
petit ⁊ requirit idem Andrinus a vobis do
minis poteſtate ⁊ vicario antedictl. quatenꝰ
ex officio veſtro ⁊ oī modo via iure ⁊ forma
quibꝫ melius de iure poteſtis per veſtrá diſ
finitiuá ſñiam ꝓnuncietis ⁊ declaretis s̃ſcri
ptam petiam terre culte ſpectaſſe ⁊ ptinuiſſe
⁊ hodie ſpectare ⁊ ptinere ad ipſum Andri
num iure dominij l' quaſi. Ac ꝙ ɔdemnetis
s̃ſcriptũ Joanné ɔ̃ſus dictũ Andrinum ⁊
ɔdemnatũ oībꝫ iuris remedijs ɔpellatis ad
dimittendũ reſtituendũ ⁊ relaxandũ ac dã
dum ⁊ ſoluédũ ipſi Andrino prefatá petiã
terre cum ptinentijs ſuis ſimul cum fructi-
bus ⁊ redditibꝫ inde pceptis ⁊ qui percipi
potuerũt ſi extant ⁊ ſi non extant in valoꝛe
pretio ⁊ extimati predictl. ac etiá i florenis
xxv. pro damno ⁊ intereſſe paſſis factis ⁊ ſu
ꝓꝛtatis ac ſupportandis fiendis ⁊ patiédis
in futuꝝ ⁊ vlterius in expenſis pñtis cauſe
⁊ qõnis factis ⁊ fiendis ꝓut liquidabitᷣ in
proceſſu. ⁊ predicta petit ⁊ requirit per vos
fieri debere ⁊ executioni mandare ſummarie
⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij et
ɔ̃elo leuato deducẽdo in pñti iudicio omne
ius ſuũ ſibi ɔpetens ⁊ ɔpetituꝝ vndecunq;
quocunq; ⁊ qualitercũq;. Saluo iure minu
endi addendi mutandi ⁊ corrigendi ⁊ alteri
us petitionis quandocũq; fiende non aſtrin
gens ſe ꝓpterea ad ꝓbandũ niſi ſolũ ea oīa
⁊ ſingula que ſibi ſufficiát ad victoꝛiam ſue
cauſe. Petens inſup idem Andrinus debẽ
cogi ⁊ ɔpelli dictum Jo. reſpõdere dicte pe
titioni ⁊ ɔtentis in ea per ſacramentum ca
lumnie ⁊ inde ꝛc.

# A Deuidentiá

⁊ pro clarioꝛi intellectu tam pñ
tis libelli ꝙ gñaliter omniũ li-
bellorum marie de quibꝫ inferius tractabitᷣ
Sciendũ é ꝙ diſcretus iudex ⁊ aduocatus
ante oīa debet diligenter ɔſiderare formam
libelli ⁊ qualitaté ꝓpoſite actionis ꝙ ſm li
belli tenoꝛem ſñia é formanda. al's ſi iudex
contra l' preter libelli formá ꝓnunciet fatuꝰ
reputetur. ut dicit tex. in. l. ut fundus. ff. cõi
diui. ⁊ c. licet ely. ex̃ de ſimo. ⁊ l. fi. C. de fide
ɔmiſſ. lib. Item ſciendũ é ꝙ libellus in iure
noſtro ſumitᷣ multis modis. p̃ modo ſumi
tur ꝓ pane albo. ut ꝓbatur per tex. qui non
é alibi in. l. iudices. C. de epiſ. audi. 2° modo
dicitᷣ libellus petitio ⁊ aſſertio actoꝝ facta
in iudicio cum ſolénitate iuris. de quo in auc.
offeratur. C. de lite ɔteſt. ⁊ in. c. i. ⁊ ij. ex̃ de
libel. obla. ⁊ iſto mõ ſumitur in pñti opuſcu
lo ⁊ tractatu. 3° modo dicitᷣ libellus qui da
tur a iudice parti appellanti a ſñia. ut. l. i. ff.
de libel. dimiſſo. 4° mõ dᷣ libellus ſcriptura
pũata facta ad alicꝰ ifamationé. ut. l. i. C. de
famo. libel. 5° modo dᷣ delegatio cauſe. vt. l.
nec quicq̃; ꝯ vbi directũ. ff. de offi. ꝓcon. ⁊ le
6° modo dᷣ libellus paruus liber ad differ
magni. ꝓut dicimus in vulgari. Deinde q̃
ro que ſit diffinitio libelli de quo loqmur i
pñti tractatu. Rᷣ ꝙ libellus é breuis ⁊ oꝛdia
ta ſcriptura claram ɔtinens ⁊ iudici ac pti
demonſtrans intentioné agentis l' accuſanti.
quam diffinitioné approbat Cy. in d. auc. offe
ratur. Condeſcendo ad declaratioẽ eius
qð dixi ergo in diffinitione breuis hoc ideo
dictũ eſt ꝙ ɔ̃boꝛum ꝓlixitas a iure reſpuitᷣ
vt. l. amplioꝛem. ꝯ in refutatoꝛijs. C. de tẽp.
appel. dicitᷣ etiá in diffinitione oꝛdinata qð
ideo ſequitᷣ ꝙ oꝛdo petitionis non debet cõ
uerti ut pꝰ velit quis petere executioné q̃
ſñia ſit lata. ut. l. i. C. de exe. rei iudi. nec de
bet etiá ɔcluſio libelli precedere facti narra
tionem. ut in. l. ꝑibus. C. de impu. ⁊ al's ſub
ſti. ⁊ l. ut reſponſum. C. de tñſac. verum tñ ſi
quis in libello ſic formaliter dicẽt peto talé

ↄdemnari ⁊ cogi ⁊c. non per h̄ talis ↄuerſiō
ordinis vitiaret libellum ꝙ ſermo iſte redu
citur iuris interpretatione ad ↄgruū ordinē
attenta potius mente proferentis ꝙ̄ forma
ſcripture. ut in. l. talem. ff. de here. inſti. ⁊ hec
ſequit̄ Bar. in. l. ſi cum nullꝰ. ff. de re iudi.
⁊ alꝰ plenius dicam. Item dr̄ in diffinitiōe
ſcriptura qđ non ē ſine rōne exprimitur qm̄
ſcriptura eſt regulariter de libelli ſbā. vt in
dicta auc̄. offerat̄. ⁊ in. c. i. ex̄ de libel. oblat.
⁊ i. c. quoniā cōtrā falſam. extra de ꝓba. fallit
tamen hꝰmodi regula in pluribꝰ caſibꝰ qui
notari ſolent per glo. ⁊ dc̄to. in. l. nec quicq̄
§. de plano. ff. de offi. ꝓcon. ⁊ le. ⁊ in auc̄. de
exhiben. re. § ſanctimꝰ. ¶ Igit̄ fateor tn̄ ſm̄
Cy. vbi ſ̄ ꝙ ſi ↄſuetudo fori eēt ꝙ libellus
poſſet offerri in vulgari l' ſine ſcriptis ꝙ tūc
ſcriptura non eēt de ſ'ba ꝙ ↄſuetudo fori de
rogaret iuri ſcripto. ut. l. iij. in fi. ff. de teſti. ⁊
ar. l. de quibꝰ. ff. de legi. Subiungit inſuper
in diffinitione. claram. nec imerito ꝙ claritas
eſt amica legis. ut in auc̄. de teſta. imꝑfec. § i.
Obſcuritas aūt ē eius inimica. ut. l. ita fidei.
ff. de iuri. fiſ. ¶ Deniq̄ dr̄ in ea. iudici ⁊ parti
qđ quidē ideo ē ꝙ nō ſolum iudici ſed etiā
parti libellus ē dandus. ut in d. auc̄. offerat̄
ad h̄ ut iudex poſſit iuxta formā libelli ſuā
proferre ſniā. ut. l. ut fundus. ff. cōi. diuid. ⁊
ipſi pti ſup eo liceat deliberare an velit cedē
liti l' ↄtēdere. ut. l. i. in pn̄. ff. de eden. ¶ Poſtre
mo ſbinfertur. vl' accuſatis. qđ ideo exprimit̄
ꝙ nedū in ciuilibꝰ ſ3 etiā in criminalibꝰ libel
lus offert̄. ut. l. libellorꝫ. ff. de accu. ¶ Quero
vlterius an coram oi iudice ſit de neceſſitate
offerendus libellus dic ꝙ ſic ſiue ſit ordina
rius ſiue delegatus ſiue arbiter per tex. dc̄e
auc̄. offerat̄. qui generaliter loquit̄ ↄiuncta
l. pl't. in fi. C. de arbi. ſed coram arbitratore
non offertur de neceſſitate libellus ꝙ nullꝰ
ordo iudiciarius coram eo eſt neceſſarius. ut
no. Inno. in. c. quītauallis. ex̄ de iure iuri. ⁊
ſpe. in ti. de arbi. ⁊ per dc̄to. marie Bar. in. l.
ſi ſocietatem. § arbitrorꝫ. ff. ꝓ ſocio. nec corā
illo iudice qui pōt ↄgnoſcere ſine figura iu
dicij. ut in cle. ſepe. de ṽbo. ſig. ¶ ⁊c. querit̄ an
libellus poſſit remitti a partibꝰ in iudicio l'
extra ſup quo ſunt opi. ut refert Cy. in dc̄a
auc̄. offerat̄. tu aūt ſm̄ eum ⁊ alios diſtigue
aut queritur an remiſſio facta a ꝑtibꝰ teneat
quo ad ipſas ꝑtes ne poſſit altera ab altera
petere ſibi libellū offerri ⁊ dicendū ē ꝙ hoc
reſpectu tenet remiſſio vnde ꝙ cōiter in in
ſtrumentis ſolent notarij dicere ꝙ vna ꝑs
promiſit non petere libellum ⁊c. repellitur
volēs petere ipſum cum liceat vnicuiq̄ iuri
pro ſe introducto renunciare. ut. l. ſi quis in
ↄſcribendo. C. de pact. ¶ Aut querit̄ an tal'
remiſſio teneat quo ad iudicem ⁊ dico ꝙ ñ
ꝙ quo ad eum libellus ē ꝑncipium ⁊ funda
mentum ſnīe ꝓferende. ut ſ̄ dictū eſt ſm̄
tenorem libelli ſnīa eſt formāda. ut. l. ut fun
dus cōi. diui. ⁊ ē de ſbalibꝰ iudicij. ut no. gl.
in. c. de cauſis. ex̄ de offi. dele. vnde opus erit
parti ſuū libellum offerre iudici deſcribēdū ꝑ
notariū in actis de quo pōt aduerſarius ex
inde copiam poſtulare per notariū ſibi ſuis
ꝓprijs expenſis. ¶ Quid ergo ſi pars non re
miſit petitionē libelli nūquid actor dabit li
bellum reo expenſis ꝓprijs ipſius rei an vēo
expenſis ipſius actoris Io. an. dicit ꝙ ē dan
dus reo expenſis actoris. ut no. per eū in cle.
ſepe ↄtingit. ex̄. de ṽbo. ſig. que opi. ꝓbatur
per tex. d. auc̄. offerat̄. nam offerre ē non pe
tenti dare. ut. l. inl'. § offerri. ff. de act. emp.
⁊ in. l. fideicōmiſſa. § ſi rem. ff. de le. iij. quia
igitur offert actor libellum. ut aſtringat reū
inuitū in iudicio ſtare. ut. l. in ſtipulatione. §
ſi ſtipulanū. ff. de ṽ. ob. merito non debet re
us grauari onere illius expenſis quam ſubit
inuitus. licet Cy. vbi ſ̄ ſentiat ↄtrarium. ¶ 5°
quero an ante libelli oblationē reus debeat
citari de hoc ſunt opiones inter aliquos. ut
refert Cy. ubi ſ̄. credo de iure verius eſſe ꝙ
reus ꝑus citari dēat ꝙ̄ libellus offerat̄ per
tex. d. auc̄. offerat̄. cum ibi dicat̄ ꝙ libellꝰ
offert̄ ei qui ad iudiciū vocatur. ergo patet
ꝙ reus eſſe debet i iudicio qn̄ offert̄ libellꝰ
⁊ hanc partē ſequit̄ glo. in. c. eccleſie ſancte
marie. ex̄ de ↄſti. ⁊ ꝓbat̄ per. c. qm̄ contra fal
ſam. ex̄ de ꝓba. verum cōis practica plurīū ſe
habet ꝙ vel ꝑus citetur reus ad accipiendū
libellum l' libellus ex parte iudicis mittat̄
reo ad domum que practica fundat̄ ex. c. ſig
nificauit. ex̄ de libel. obl'. ¶ Sexto quero an reo
ſit danda dilatio ⁊ quāta ad reſpondendum
libello. dic ꝙ dari dēt terminꝰ xx. dierū per
dictā auc̄. offerat̄. qui quidē terminꝰ an poſ
ſit de iure per iudicem abbreuiari fuit opīo
⁊ ↄtentio inter docto. ut refert Cy. ⁊ Ja. bu.
in d. auc̄. offerat̄. verum tn̄ gn̄alis ↄſuetudo
approbauit ꝙ talis terminus poſſit per iudicē
abbreuiari que ↄſuetudo vr̄ ↄfirmari iudicꝫ
auctoritate. per. l. ij. ⁊ ibi no. ff. de re iudi. ¶
Septimo querit̄ de forma ⁊ tenore libelli
ad qđ ꝛndendū eſt diligenter in h̄ eſſe cōſi
derandum actionis qualitatē. ¶ Aut eni agit̄
actione vl'i utputa hereditatis vniuer. petī.
uel actione generali. ut negotiorꝫ geſtorꝫ ⁊
tutele. ⁊ in his caſibꝰ ſufficit cauſam ⁊ rem
que petit̄ vniuerſaliter ⁊ gn̄aliter exprimere

verbi gratia Peto hereditatē ſempronij. vel
peto ut mihi reddas rōnem adminiſtratōis
tutele. vel cure ꝙ nec ē neceſſe cum peto he
reditatem dicere cauſam an ex teſtamēto vł
ab inteſtato ad me pertineat ſufficit ei ꝙ hoc
liquidet̄ ī cauſe ꝓceſſu. ut. l. ſi mater. in pn̄.
.ff. de excep. rei iudi. ⁊ no. ꝑ glo. in. l. i. in pn̄.
.ff. de eden. ¶ Aut agit̄ iudicio ſine actione ſi
gulari. ut ex vendito locato vł cōmodato ⁊
tunc cauſa remota debet in libello exprimi
ut. l. ⁊ an eadem. §. actiones. ⁊. l. mater. ff. de
excep. rei iudi. ⁊. l. edicto. §. ſinaūt. C. de edic
diui. adri. tol. ¶ De etiā res que petit̄ debet
deſignari per loca latera ⁊ confinia ſi ſit res
īmobił. ut. l. forma. ff. de cenſi. ⁊ no. per glo. in
.c. ſignificanti. ex̄ de libel. obla. ¶ Si vero ſit
res mobił tunc dēt demonſtrare ꝑ numerū
⁊ colorem. ut. l. ſi in rem. ff. de rei ven. de quo
no. per glo. in d. l. i. in pn̄. de eden. ⁊ ꝑ Inno.
in. c. cōquerenti. in glo. fi. ex̄ de offi. or. ¶ Nūc
ꝙ ſupius dictū ē cauſam in libello exprimen
dam querit̄ que ſit iſta cauſa cui⁹ gr̄a ſcien
dū ē ꝙ cuiuſcunq; actionis tam realis ꝗ̄ ꝑ
ſonalis duplex eſt cauſa. ſ. ꝓxima ⁊ remota.
Proxia aūt cā in actione reali eſt dn̄s. ut. l.
in rem. in pn̄. ff. de rei ven. ¶ Remota aūt eſt
cōtractus ut. l. iij. §. ex plurimis. ff. de acqui.
poſſ. In actione vero ꝑſonali ꝓxīa cauſa eſt
obligatio. ut in. l. licet. §. ea obligatio. ff. de ꝓ
curi. Remota aūt ē cōtractus. ut. l. cōſenſu. ⁊. l.
actionū genera. §. actionū quedam. ff. de act. ⁊
ob. ⁊ inſti. de obli. ex cōſenſu. §. i. Ad ꝓpoſitū
ergo ē dicendū ꝙ ſiquidē agitur actione ꝑ
ſonali ſufficit exprimere cauſam ꝓximā ſm̄
quoſdā puta ſi dicat̄ ī libello peto x. ad que
es mihi obligatus. Sed verius ē dicendum
non ſufficere expreſſionē talis cauſe ſm̄ Cy.
⁊ alios docto. ꝙ ꝑ expreſſionē ſimplicis cau
ſe ꝓxīe reus non reddit̄ certus an cedat vł
cōtendat qd̄ fieri debet. ut. l. i. in pn̄. de eden.
vn̄ requirit̄ expreſſio cāe rēote. ut dicat̄ ſic
peto a te x. ad que es mihi obligatus ex cā
mutui vł depoſiti. quā opīonē ſequit̄ Arch.
in. c. abbate ſane. ex̄ de re iudi. li. vi. Si vero
agit̄ actione reali pro dominio vł quaſi tunc
ſm̄ omnes ſufficit exprimere cauſam ꝓxīam
h̄ modo peto talem rem que mea ē iure do
minij vł quaſi per h̄ eni reus certus efficitur
an cedat vł cōtendat cū res non poſſit eſſe plu
rium inſolidum. ut. l. ſi ut certo. §. ſi duob̄
vehiculū. ff. cōmo. ⁊. l. pomponi⁹. §. ſed ⁊ is. ff.
de ꝓcuri. nec etiā vnius tantū ex pluribus
cauſis. ſ. ex vna ſola ut. l. iij. §. ex pluris. ff. de
acqui. poſſ. ¶ Quid aūt iuris ſit in alijs actō
nib̄ realib̄ que cōpetunt rōne alteri⁹ iuris
ꝗ̄ dominij dicam. ī. ⁊ tangit̄ per Bar. in d.
.l. ⁊ an eadem. §. actiones. ¶ Octauo queritur
an ꝓpriū nomen actionis exprimi dēt ī libello
ut ſit neceſſe dicere ago cōtra te actione depo
ſiti vł publiciana vł ſeruiana ⁊ ſimilia. dic ꝙ
aut cauſa que exprimitur in libello ē apta ꝓ
ducere vnā ſolam actionē ⁊ tunc ſufficit eā
exprimere ⁊ nomē actionis tacere. ut xbi gr̄a
dico dn̄e iudex ꝙ titio cōmodaui librū talē
quē peto cōdemnari ad reſtitutionē non eni
eſt neceſſe exprimere. ago actione cōmodati et
idem in ſimilib̄. aut cauſa ꝓpoſita ē apta ꝓ
ducere plures actiones. ut patet in exēplo
de colono qui arbores ſuccidit. ut. l. duob̄. §.
colonus. ff. de iure iuri. ⁊. ff. arbo. fur. ce. l. i. et
.l. ꝑt. ¶ Quo caſu dant̄ tres actiones viz ex
locato. ⁊. l. acquił. ⁊ ex. l. xij. tabu. ut ibi hēt
⁊ tunc dēt exprimi nomen actionis quā intē
tare intēdit ne ſola expreſſio nude cauſe red
dat rem incertā ſup qualitate actionis ꝓpo
ſite ſm̄ Cy. Ja. bu. ⁊ alios docto. vbi ſup. ¶
Nono querit̄ an in oī cauſa debeat offerri li
bell⁹ breuiter dic ꝙ aut loquimur de cauſa
ꝑncipali aut de cā appellationis. ꝑ caſu lbdi
ſtingue. ꝙ aut in cā ꝓceditur iure actionis
aut officio iudicis. ſi iure actionis aut cā ſui
nā ē plenaria aut ſūmaria. ſi quidē plenaria
⁊ tunc offert̄ libellus. ut in d. auc̄. offeratur
⁊ in. c. i. ex̄ de libel. obl. ¶ Aut cauſa ē ſūmaria
vł ex forma iuris cōis vł municipał aut reſcri
pti qui caſus ponūt̄ per glo. in. l. iij. §. ibidē
.ff. ad exhib. ⁊ in auc̄. de exhi. re. §. ſanctim⁹.
igit̄ ⁊ in d. l. nec quicq̄. §. de plano. ff. de offi.
procon. ⁊ le. ⁊ tunc non offert̄ libellus ꝑti ſ;
quał quał petitio offert̄ iudici inſcribenda
apud acta de qua petitione re⁹ accipit copiā
ſuis expenſis ſi vult. ut in cle. ſepe. de v. ſig.
ſup qua iudex formabit ſuā ſniam. ut. l. ij. C.
de ſen. ex pi. reci. ⁊ ī auc̄. niſi breuiores ibi po
ſita. ¶ Si vero agit̄ officio iudicis. ⁊ tunc aut
agit̄ officio iudicis mercenario deſeruienti
actioni ꝓpoſite ⁊ tunc in illo nō offert̄ libel
lus ꝙ ſufficit ꝙ ſemel ſup actione ſit oblat⁹
⁊ ſic intelligit̄ glo. in. l. i. ff. de inter. act. aut
agitur officio nobili. ⁊ tunc aut petit̄ aliqd
daria ut fieri a parte aut a iudice tantū. ſi a
parte tunc ē cā plenaria ⁊ offert̄ libellus. ut
.l. ꝙ ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. ⁊ in. §.
fi. ¶ Aut cā ē ſūmaria ⁊ quał quał petitio ſuf
ficit. ut dictū ē ꝑ. l. ij. §. cū patron⁹. ff. de offi.
prefect. vr. ⁊. l. ſi quis a liberis. §. meminiſſe. ff.
de libe. agno. ⁊. l. ſi iudex. ff. de libe. agno. ⁊. l.
ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui vł alie. iuri. ¶ Si
aūt petitur aliquid fieri a iudice ſimpliciter
vtputa decretū interponi ſup alienatione rei

ſup ↄſtitutis tutoꝝ vel curatoꝝ vel actoꝝ
⁊ ſil'ia.tunc non offert̄ libell⁹ nec petitio in
ſcriptis eſt neceſſaria.ut d.l. nec quicq̄ .§.vbi
decretū.⁊ in.l.ānua.ff.de re.iuri. 2ᵒ. caſu pnci
pali cum loquīur de cā appellationis dic in
illis caſib⁹ in quib⁹ ē in cā pncipali neceſſa
rius libellus in illis ē neceſſarius in cā appel
lationis al's nō q2 cā appellōnis aſſumit ſibi
naturā cauſe pncipalis ut illis modis regu
letur. vt in auc̄.ut cum de appel.ↄgno.i pn.
coll'.viij. de quo tangit ſpc.in ti.de appel.in
.§. dicendū reſtat.⁊ Inno.in.c.cum ↄtingit.
de offi.deleg.⁊ Bar.in.l.i.in fi.ff. de appel.
His igit̄ oib⁹ ſic ↄcluſis pmiſſis accedam⁹
ad tex.libelli pn̄tis qui ſe h3 in hūc modū.

# ¶ Coram uobis do

mino poteſtate. Libellus iſte ↄtinet duas p
tes pncipales. In quaꝝ pma pmittit̄ facti
narratio.in 2ᵃ ibi dicit̄ narrationis ↄcluſio.3ᵃ ibi
quare petit ꝛc. pma pars ↄtinet quicq̄ ꝑut
ↄtinere deb3 quilibet ſolēnis libellus.vi3 no
men iudicis ꝓpriū l' appellatiuū coram quo
libellus offert̄.2ᵒ. nomē actoris. 3ᵒ. nomē rei
contra quē libellus ꝓducit̄. 4ᵒ cauſa ex qua
agitur.5ᵒ. res l' quātitas que poſtulat̄ de qui
bus nō.per glo.in.c.ſi contra vnū. ex̄ de offi.
dele.li.vi. ⁊.l.i.in pn.ff.de eden.⁊.l.edita.C.
de eden.⁊ in dicta auc̄. offerat̄.

# ¶ Nec non domino

vicario. ¶ Vicarius appellat̄.i. vices gerens
ipſius poteſtatis.ut.l.i.C. de offi.ei⁹ qui vi.
alteri⁹ gerit.⁊ in.c.i.⁊ ij.ex̄ de offi.vica.li.vi.
⁊ cenſet̄ idem eſſe tribunal ⁊ auditoriū vtri
uſq3 adeo q2 a ſnīa lata ab vno non appellat̄
ad alium. vt in.c.ij.ex̄ de ↄſue.li.vi. ⁊ no.per
glo.in.c.ſi ↄtra vnū.in fi.ex̄ de offi.dele.li.vi.
ſuntq3 ambo iudices ordinarij ut in dictis
iurib⁹. Pro cuius declaratione quero ſi po
teſtas ſolus l' vicarius ſolus velit in cā iſta
procedere ⁊ ſniam ferre an poſſit ſine altero
Ad ſolutionē h⁹ qōnis ſic ē lati⁹ cōſiderā
dum ⁊ diſtinguendū. aut illi iudices coram
quib⁹ ſimul ē libellus oblatus ſunt oēs iu
dices ordinarij. aut ſūt oēs iudices delegati
ſi ſunt oēs iudices ordinarij ut iſti de quib⁹
hic dicit̄ tunc aut oēs ceperūt de cā ↄgnoſcē
ſimul aut vnus ſolus ſiquidē oēs tūc ex eis
vnus ſolus poterit in ipſa cā ꝓcedere ⁊ ſen
tentias interlocutorias ferre diffinitiue aut
pronūciare non poterit ſolus. ut in.l.pompo
nius.in.§.ſi vni.ff. de re iudi. ⁊ ibi no.p glo.
⁊ Bar. Si vero vnus ſolus cepit ↄgnoſcere
tunc oīa facere poterit ⁊ ſniam diffinitiuam

ſolus ꝓferre q2 iuriſdictio ē inſolidū i oīb⁹
vt.l.i.ff.de offi.con. ⁊ occupantis melior eſt
ↄditio.ut i.c.cū plures.ex̄ de offi.del'.no.i d.
l.pōponius. 2ᵒ. caſu pncipali qn̄ oēs ſunt de
legati ſbdiſtingue q2 aut ad vniuerſitatē cau
ſarum. aut ad certas ſpēales cauſas. ſiquidē
ſunt delegati ad vniuerſitatē cauſaꝝ tūc dic
per oīa in eis ſicut dictū eſt ſ in plurib⁹ or
dinarijs q2 tales delegati equipant̄ ordina
rijs.ut.ff.de offi.ei⁹ cui man.ē iuri.l.i.in pn.⁊
ibi no.per glo.et.l.a diuo pio.in pn.ff. de re
iudi.⁊ per Bar.in d.l.pomponi⁹.⁊ per glo.⁊
docto.in.c.prudentiā.de offi.dele. vbi autem
ſunt delegati ad certas ſpēales cauſas. tunc
ſbdiſtingue q2 aut ſunt delegati oēs pure ſi
pliciter ⁊ ſine cl'a.⁊ tunc vnus non pōt ſine
alio ꝓcedere nec ſniā3 diffinitiuā ꝓferre ſī
alio.ut in d.c.prudentiā.⁊ in.l.duo ex trib⁹
.ff. de re iudi. ⁊ qd̄ no.in d.l.pomponius. ſi
vni.eo.ti. Aut ſunt delegati cum cl'a ↄditio
nali vi3 q2 ſi oēs intereſſe nequiūt tunc vn⁹
aut duo ꝓcedant ꝛc. ⁊ tunc aut ↄſtat de ipe
dimento tertij.⁊ tunc alter aut alij poterūt
in cauſa ꝓcedere. aut nō ↄſtat de ei⁹ l' ipoꝝ
ipedimento.⁊ tunc alter ab alijs l' ab alio n̄
poterit in cā ꝓcedere ⁊ habent̄ h̄ in d.c.pru
dentiā. Aut ſunt delegati cū clauſula alter
natiua vi3 q2 vnus aut duo poſſunt in cauſa
procedere ⁊ tunc occupantis melior ē ↄditio
q2 alternatiua ↄtulit iuriſdictionē ⁊ ei⁹ exer
citium cuilibet inſolidū.ut in d.c.cum i plu
res.ex̄ de offi.dele.li.vi. ⁊ tangit Bar.in d.l.
pōponi⁹.ſi vni. ¶ Sed circa pmiſſa occurrit
dubitatio ſi ſunt plures iudices ordinarij l'
delegati ad vniuerſitatē cāꝝ qui ſimul cepe
rint de quadā ſingulari cā ↄgnoſcere. deide
tēpore ſnīe vnus dicit ſibi de cā non liquere
⁊ h̄ iurat an ceteri poterūt ferre diffinitiuā
ſniam.diſtingue aut iſti iudices ſunt numěo
tres l' plures.aut duo tm̄.p̄ caſu tenebit ſen
tentia alioꝝ.2ᵒ. caſu nō ut i.l.pōponi⁹.ſi vni
.ff.de re iudi. ⁊ ſit rō q2.l.non tantū ↄſidit
de ſnia vnius ſolius ſicut de ſnia pluriū.ut i
d.c.prudentiā. ꝓ quo facit d.l. pomponius.
vni ibi pluriū ſnia ꝛc. ¶ Denuo quero quid
ſi plures iudices ſil' ↄgnouerūt de certa cā
⁊ inter ſe diuerſas ſnias diffinitiuas ꝓtule
runt. an oēs ſnie aut nulla l' aliqua tenebit.
diſtingue aut iſti iudices erūt oēs ordinarij
vel delegati ad vniuerſitatē cāꝝ qui ordina
rijs equipent̄.⁊ tunc ſiquidē ſnia lata ſit ſu
per ſtatu perſone valebit illa que lata ē pro
libertate. Si vero ſit lata ſup re alia tūc va
lebit illa que lata ē pro reo.ut.l.inter pares
.ff.de re iudi. Aut oēs erant delegati i certa

cauſa ſpeciali ⁊ tunc valebit ſnia illius quã ordinarius ↄfirmauerit. ut. l. duo iudices. ff. de re iudi. ⁊ in. c. fi. ex̃ de re iudi. ¶ Itẽ quero pone cã delegata ẽ tribꝫ iudicibꝫ duo tantũ ſniam diffinitiuã in ↄcordia ꝓtulerũt. alter uero nil ꝓnunciauit. an valet ſnia duoꝝ di ſtingue ſic. ꝗ talis ſnia fuit lata t'tio pñte et valet. aut eo abſñte ⁊ tunc aut cã fuerit ↄmiſ ſa cũ clauſula ꝙ duo ex eis pñt tertio abſñte procedere. ⁊ tunc aut lata fuit ipſo monito ⁊ citato ⁊ valet al's nõ. ut in d. c. ꝓrudentiã de offi. dele. Aut cauſa fuerit ↄmiſſa ſimpl'r ⁊ ſine clauſula. ⁊ tunc non valet. ut d. l. duo ex tribꝫ. de re iudi. ⁊ de his al's dicam.

## ¶ Qualis qualis pe

titionis. Querit' hic quid dñat libellus a quali quali petitione. R' ꝙ libellus ẽ ſolẽnis ſcriptura ut ſ. dictũ ẽ i eiꝰ diffinitione. Sʒ qual' qual' petitio ẽ breuis facti narratio mi nus ſolẽniter apud acta deſcripta que ſolũ in cauſis modicis l' ſũmarijs admittit'. ut i auc. niſi breuiores. C. de ſen. ex peri. reci. ⁊ in . c. ſepe. ex̃ de v'bo. ſig. ⁊. l. frederici. que icipit ad reprimendũ. licet ğ de ↄſuetudine talia v'ba iſerant' tñ modi. cum opant' in cauſis magnis ⁊ in quibꝫ v'titur plena cauſe ↄgni tio niſi forte in negotijs in quibꝫ per ꝑtem renũciatũ ẽ petitioni libelli ut fit quotidie in inſtr̃is obligationũ. ut ſ. dixi.

## ¶ Legitime compa

rentem. ¶ Sed quis dr̃ legitie ↄparere alie no noie. R' quilibet ꝓcurator domini habẽs generale l' ſpẽale mãdatũ. ut. l. i. C. de ꝓcu. ⁊. l. i. ⁊. l. non ſolum. ⁊. l. ſi ⁊ h. in fi. cum. l. ſe. ff. de ꝓcur. ⁊. c. qui generaliter. ex̃ de ꝓcur. li. vi. Item ſimplex defenſor ſine mandato tum ſatiſdatione tñ de iudicato ſoluẽdo. ut . l. ſeruũ quoqꝫ §. publice. ff. de ꝓcur. ⁊. l. qui ꝓprio §. i. eo. ti. ⁊ inſti. de ſatiſda. in §. ſi autẽ. Sed an contra ꝓcuratorẽ vel defenſorẽ mit tetur ſnia executioni. dic ut. j. dicam in ti. de forma execu. ſnie. ſequit' l'ra.

## ¶ Tenet et poſſidet

Ex hoc collige ꝙ iſte dñs Ja. mãga. fuit tutor teſtamẽtari⁹ ⁊ hoc ſi teſtm̃ fuit ſolẽne ubi ꝫ autẽ eſſet minus ſolẽne ł datuſ eſſet in epł'a uel codicillis tunc nõ valẽt ipo iure datio tutori. ſ; r̃cõualeſceret ex ↄfirmatõe iudicis ut nõ p Cy. in. l. ij. C. de teſta. tu. l. ij. C. de confir. tuto. niſi dat⁹ eſſet ẽm aliquos in minus ſolẽni teſtõ liberis filijs teſtatorum p. l. hac cõſul. §. ex impfecto. C. de teſta. licet alij ↄtra quoꝝ opi. ſequit̃ Cy. in. d. l. ij. de teſta. tu. Sed uerior eſt opiõ pcedẽs ꝙ ſi licet patri iť filios etiã minus ſolẽniter diſponere de vniuerſa hereditate qđ maius eſt quãto fortius đ tutore qđ minus eſt. mater aũt filijs ſuis dare tutorẽ nõ põt niſi eos heredes inſtituat quãq̃ datus poſſit p iudicem ſ; ñ cogit̃ ↄfirmari ut hẽt̃ i. l. mater C. de teſta. tu. ⁊. l. i. C. de cõfir. tu. cum ſi. ceſſante ergo teſtãrio tutore fit locus legitimis inter quos etiã legitĩos eſt dare ordinẽ. nam pmo loco defert̃ tutela illi cui defert̃ hereditas ipius pupilli. ut in auč ſicut hereditas. C. de legit. here. idq̃ mater pupilli ſi uelit admittit̃ ad tutelã ⁊ ceteris antefert̃ in cura. ut notat gl. in auč mri ⁊ auie. C. quãdo muli. tute. offi. fun. po. Et eodẽ modo pfert̃ in cura. ut notat gl. in. d. auč matri. ⁊ hẽt̃ in auč ut ſine ꝓhi. ma. debi. §. i. colla. vij. ⁊ in auč de here. ab inteſ. §. ex his. ⁊ ibi p Ja. de bel. debet tamẽ ſe obligare ⁊ ſua ⁊ renũtiare ꝓut ibi diſponitur. ⁊ hec locũ habẽt ipa ſtante in viduitate. ea aũt trãſeũte ad 2ª uota expirat eius tutela ⁊ cura ut in auč ſacram. ⁊. l. ij. in. fi. C. eo. ti. Extranei aũt tutrix regulariť mulier eſſe ꝓhibet̃ ut. l. iure noſtro. ff. đ teſta. tute. ⁊. l. i. C. quãdo mu. tu. offi. fun. po. Et ꝙ diri eius tutelã finiri p tranſitũ ad 2ª vota locũ hẽt etiã ſi fuiſſet tutrix in teſtõ ↄſtituta ẽm cõẽm ⁊ uulgarẽ opi. licet Dy. ↄtra. teneat ut rfert Cy. plene in. l. oẽm. C. ad tercuł. q̃ caſu tenet̃ ipa mater ſic trãſiens ad ſcđa vota petere ⁊ decerni facer̃ p iudicẽ alios tutores ipi filio ſuo ał ſi decederẽt i pupillari etate puaret̃ eius ſucceſſione qđ eſt nõ. ⁊ ĩfinite mulieres iuri. ignare remanent in h deceptæ unde p ſtatutũ ſcm̃ eſſet eis ſuccurrẽ ut tangit̃ ⁊ habet̃ in. d. l. oẽm. ⁊ in. l. ſciant. C. de legit. here. Fallit tamẽ h ſi pupill⁹ hẽret aliũ tutorem teſtãriũ ꝙ tũc excuſata eẽt. ut in. l. credendũ in pn. ff. qui pe. tu. idẽ ẽm aliquos ſi pupillus hrẽt aliũ legitimũ ⁊ habilẽ ut ꝓbat̃ in. l. cũ iure. C. qui pe. tu. quã opi. firmat gl. i. l. qui mrẽs. C. ad tercuł. vbi etiã ſunt alij caſus ãnotati in quib⁹ mať excuſat̃. Sꝫ in ↄtrariũ multũ facit tex. in d. l. ij. ꝟ. ſunt aũt. ubi puniũtur ſi ñ petierunt eos qui ex. ll. ſunt defenſores ꝛc. ff. q pe. tu. facit. l. cũ a mribus. C. eo. ti. pmam opi. tenuit bar. in. d. l. ij. ⁊ in. l. i. §. ſi mať. ꝟ. ꝙ ſi pater. ff. ad tercułł. licet ẽm eum

debeat uel ſtatim renūtiare uel adminiſtrare ut legitimꝰ in tutela poſſit ꝯſtitui. Ex quibus hēs notare unū caſum quo mulier filij ſucceſſiōe ꝑuatur alias diri in ti. de here. ab inteſta. dela. quos poīt Cy. in. l. i. C. de. ſcd̄is nup. ⁊ ibidē ꝑ gl. ⁊ in auc̄ ibi poita. Sed hic inſurgit dubiū an huiuſmodi pene q̄ īfligunt a iur. ꝓpter trāſitū ad ſcd̄a uota ꝑ ius ciuile ſint ꝑ ius canonicū correcte iuxta dcm̄ pauli quo ſcribitur mortuo uiro mulier nubat in dnō. Et breuiter diſtiguendū eſt ſm Inno. ⁊ hoſti. ut ꝑ eos nōtur in. c. p. ⁊ fi. de nup. Quedā ſunt pene que infligunt propt nimiā feſtinātiam nuptiaꝝ ſcd̄aꝝ. ut qa mulier nubat īͣ tempꝰ luctus qd̄ eſt ānꝰ ⁊ iſte pene hodie ſunt correcte ⁊ remiſſe. Quedā ſunt pene que infligūt eo ſolo reſpcū qꝛ nubūt ⁊ iſte firme durant omni iure vnde iſta pena ꝑuatiōis hereditatis ꝙ nubit ñ petito tutore adhuc durat omni iure. Diceret quis quare magis vno cāu q̄ȝ alio cū utrobiqꝫ uideatur libertās nubēdi infringi dici pōt ꝙ ꝑmo caſu agebatur de ꝑiudicio mulieri. 2º de ꝑiudicio 3ᵉ ꝑſone. Sed adūte ad vnū ſingulare ꝙ quando mulier eſt in caſu quo ei ſaluū eſt ius ſuccedēdi ab inteſtato filio in pupillari etate defuncto ꝙ nō ſuccedit ipā mater que tranſiuit ad ſcd̄a uota in pleno dnīo bonoꝝ paternoꝝ ſed in ſolo vſufructu. In aduētitijs aūt ipiꝰ pupilli ſuccedit pleno iure ⁊ hāc penam patitur qꝛ ad ſcd̄a vota trāſiuit ut ē tex. nō. i auc̄ de nup. § hinc vobis. ⁊ nō ꝑ gl. ⁊ Cy. in l mater. ⁊ ibi tex. C. ad tertul. ⁊ in auc̄. ex teſtō. C. de ſcd̄is nup. Quid ſi mater eſt vidua ⁊ uult acceptare tutelā filij ſui. ſupereſt aūt auus paternuſ ipius filij q̄ritur an mater ipi auo in tutela ꝑferatur glo. in auc̄ de here. ab inteſ. § i. ⁊ in. d. auc̄ mri ⁊ auie videtur ſentire ꝙ ſic quam opi. ſequūtur quaſi cōiter doc. ſꝫ Ja. de bel. determinat ꝯtra. in auc̄ de here. ab inteſ. § fi. et idem dicit ubi ſupereſt auuſ ⁊ auia nam ſemꝑ in tutela maſculi aſcendētes legitimi ꝑferri debent feīs ⁊ quātū ad hoc iura antiqua remanēt īcorrecta qꝛ in ſolis collateralibus corrigūtur quo ad matrē ⁊ auiā tm̄ ut colligitur in. d. § fi. nō aūt in aſcēdentibus. nec ob. ꝙ tutela defertur eo ordie q̄ defertur hereditas uel ſucceſſio ꝙ rūdetur ꝙ ille ordo attēditur quo ad matrē ⁊ auiā inter ſe ⁊ etiā quo ad collaterales cognatos ñ quo ad legitīos aſcendentes ſm cū

⁊ hec opi. videtur magis iuri ⁊ mēti cōditoꝝ. l. ac equitati ꝯuenire q̄ȝ. l. ꝑcedēs. Deide queritur an ſicut datur tutor i teſtō ita dari poſſit curator dic ꝙ nō ſed datuſ de facto ꝑ decretū iudici. ꝯfirmatur ut iſti de cur. § i. ⁊ l. curatorē. in ꝑn. C. de neg. geſ. ⁊ l. p. in. fi. C. de teſta. tu. Ulteriꝰ queritur utrū tutor teſtārꝰ aut legitimus uel datiuꝰ poſſit ſtatim adminiſtrare alio nō requiſito dic breuiter ꝙ tutor ⁊ curator āteq̄ȝ adminiſtratiōi ſe interponāt uel imiſceant tenentur facere quiqꝫ. ꝑmo dēt facere ſcribere inuētariū bonoꝝ pupilli uel adulti. 2º dēt adminiſtratiōem aſſumere de licētia iudicis ⁊ decreto. ⁊ hec duo ꝓbātur in. l. tutores. C. de admi. tu. ⁊ l. tutor. qui repertorium in ꝑn. ff. de admi. tu. cum ibi notatis et. l. fi. C. arbi. tuto. ⁊ l. fi. C. de cur. fur. ⁊. C. de epi. audi. l. de creationibus. et ibi ꝑ Ja. but. 3º dēt iurare. utilia facere ⁊ inutilia ꝑtermittere. ut in auc̄ ut hi qui obli. ꝓhi. re. mi. coll. vi. § fi. Quarto debet ſatiſdare rem pupilli uel minoris ſal. for. ut. l. ſꝫ ſi ad pñs. in fi. ff. rē pu. ſal. fo. ⁊ l. legitīos. ⁊ ibi nō. in ꝑn. ff. de legit. tu. Quinto dēt ꝑmittere ⁊ fideiubē pupillum indefenſum nō relinquere ut. l. fi. § defenſionē. C. de admi. tu. quos oēs caſus nō gl. i. d. l. tutōeſ. ⁊. d. l. tutor q reꝑtoriū. Nunc aliqua uideamꝰ circa ſingula ſuꝑdicta. Et primo circa iuentariū queritur q̄ ſit pena non faciētis iuentariū. R. ꝙ ē duꝑma ꝙ repellitur ab agēdo ⁊ tāq̄ȝ ſuſpectꝰ remouetur ab officio. ut. l. fi. C. arbi. tu. et l. iij. § tutor q reꝑtoriū. ff. de admi. tu. 2º ꝙ dēt eū iuratur i litē ut. d. l. tutor q reꝑtoriū ff. de admi. tu. ⁊. l. p. ⁊ fi. C. de in lit. iur. niſi ſibi eſſet ꝯfectio iuentarij a teſtatore remiſſa ut in. l. fi. § illo. C. ar. tu. licet āte ipſ ius iuentarij ꝯfectionē poſſit gerē illa q̄ ñ recipiūt dilationem ut in. d. l. tutor. Amplius q̄ritur qñ dēt fieri inuentarium ⁊ quidē tex. in. d. l. tutores. C. de admi. tu. dicit ꝙ mor. qd̄ exponitur multipliciter ſm quoſdā. tamē ſm cōem opi. dēt intelligi cū citiꝰ ꝯmode fieri pōt. ar. l. hec conditio ff. de ꝯdi. ⁊ demō. ⁊ nō. ꝑ Cy. in. d. l. tutores. ⁊ bar. in. d. l. tutor. q repertorium. Sed an facere teneatur ipe tutor inuētariū ante aditam hereditatē dicit gl. in. d. l. tutoreſ. ꝙ ñ quā opi. ꝓbāt quidā qꝛ hereditas adiri non pōt niſi tutori auctoritate inſti. de auto tu. § ſꝫ neqꝫ. l. ſi infanti. C. de iure. delibe. quā interponē non poterit niſi ꝑus facto inuētario ut. d. l. fi. ar. tu.

Quar̄ dicūt iſti potiꝰ fieri debē iuētariū
in quo pro iſto pncipio ſolū ponetur ꝙ
repit̄ talē pupillū ius hrē adeūdi here/
ditatē talis patris uel aui ipſius pupilli
quo facto adibit hereditatē pupillus cū
tutoris auctoritate. ⁊ deinde i ipſo iuētario
poſtea ponet ſingularit̄ oīa bona hēdita/
tis pdicte ⁊ de his plene tradit̄ p glo. ⁊
tangit̄ p Cy. in. d. l. tutores. ⁊ hec in pu/
pillo locū hn̄t qui non eſt in patria ptāte
al' aūt ſi eēt in patris ptāte tūc ſm q̄ſdā
exiſtētia ſui heredis adeo ꝯfirmat datioȝ
tutoris ſicut ꝯfirmat tabulas pupillares
ſiēq; n̄ eſt aditio neccīa ſi ſufficit ꝙ tutor
faciat inuētariū. de quo plene uide p Cy
in. l. ij. C. de teſta. tu. Sed ultra queritur
coram quo fieri dēt hoc iuētariū breuit̄
dic ſm glo. ꝙ corā iudice ut nō. in dcā. l.
tutores. verū tn̄ ſm opi. oīm doc. dic ꝙ
ſufficit fieri p pubm tabellionē extra iudi
cium ⁊ ſic cois huat ꝯſuetudo ut ibi nō.
p Cy. ⁊ p bar. in. d. l. tutor. qui reptoriū.
ſecus aūt eſt in inuentario qd̄ fit p hēdē
nam illud eſt fiendū corā iudice ut. l. fi.
C. de iur. delib. Et pdcā que dcā ſunt in
inuētario tutoris facto extra iudiciū pce
dunt quātū ad cōmodū l' incōmodū ip
ſius tutoris ⁊ pupilli. quātū aūt ad debi/
tores ipſius pupilli in inuētario nomīatī
ut poſſint ex iuētario ꝯueniri r̄qrit̄ ꝙ fcā
ſit corā iudice ⁊ citatis ipis debitoribuſ l'
pn̄tibꝰ ⁊ non ꝯtradicētibꝰ ut in. l. cyrogr̄-
phis. ff. de admi. tu. ⁊ nō. p Cy. ⁊ per bar.
ubi. ſ. ¶ Adhuc querit̄ que ⁊ qual' reſ
⁊ qua forma ponēde ſunt in inuentario
tex. dicit in. d. l. tutores. ꝙ ponende ſunt
oēs res etiā inſtrā ad pupillū ptinen̄ qd̄
tantū iportat ac ſi diceretur ponēda ſunt
oīa iura corpalia ⁊ incorpalia oēs que ſ'o
tā mobileſ q̄ȝ imobiles p ſigna lat'a ⁊ cō
finia talit̄ ꝙ res reddant̄ certe ita ꝙ ipe
tutor poſſit ex ipo inuētario conueniri a
pupillo tpe rois reddēde. ut. d. l. fi. in. pn
C. ar. tu. ⁊ in. l. ſi rem. in pn. ff. de rei. ven.
veꝝ tamē nō tenet̄. necio ipe tutor i ſuo
inuētario ponere noīa creditorū quibus
pupillꝰ ē obligatꝰ ar. l. fi. C. de ali. pu. pſ.
Sȝ nᵉ etiā noīa illoꝝ exponē dēt a qbus
ueritate inſpecta pupillꝰ hrē dēt ſi ō eis
nulla ſunt inſtrā nec pbatoēs ꝙ non pn̄t
dici in bonis pprie inuēta ut dicit ille tex.
ar. inſti. de re. diui. ꝗ. itē lapilli. Si autem
ꝯtigerit ab eis exigi qd̄ deberet̄ tūc illō
exactū poni debet in inuētario tanq̄ȝ res
de nouo repta ut. l. fi. ꝗ tali. C. de cur̄. fur.

Ex quibꝰ oībus patet ꝙ tutor dēt dicē
in inuētario ſe inuēiſſe infraſcripta bona
in bonis taliſ pupilli ⁊c. nec eſt neceſſe ꝙ
dicat ⁊ atteſtetur illa fore ipſius pupilli
ſufficit enī ⁊ melius faciet ſi dicat ſe iue
niſſe ſimr. attamē quibꝰ uis xbis utatur
plenā fidē faciet inuētariū ꝯtra ipȝ tuto/
rē adeo ꝙ nō poſſet dnīi qoēȝ referre ipī
pupillo ut. d. l. fi. ar. tu. ⁊ p h̄ decidit̄ ꝙ ſi
tutor dixerit ſe inuēiſſe talē domū i bois
pupilli que repit̄ aliena ꝙ tutor n̄ tēt̄
ꝙ facilit̄ credere huit pma facie eē i bois
ipſius eo ipo ꝙ reperit illā apd̄ pupillū
⁊ in hereditate patris nec tal' tutoris ꝯfeſ
ſio hēt eum obligare niſi in his rebuſ q̄
de facili pn̄t occultari. in alijs aūt puta i/
mobilibus n̄ opat̄ ꝯfeſſio ultra ueritatē
ſic itelligi dēt dicta. l. fi. ſm doc. ut plene
refert Cy. in. d. l. fi. qd̄ nō. Sȝ qd dices
de illa cotidiana qoē qn̄ teſtōr remiſit tu
tori ꝯfectiōem inuētarij quid opat̄ talis
remiſſio credūt uulgares ꝙ p hāc r̄miſ/
ſionē tutor ſit excuſatꝰ ab oī roē r̄ddēda
ſiue bene ſiue male admiſtrat. Sed certe
multi decipiūt̄ licet enī p hāc talē r̄miſ/
ſionē excuſet̄ tutor a ꝯfectiōe inuentarij
n̄ tn̄ excuſat̄ a rōe reddenda oīm eoꝝ q̄
ad eius manus puenerūt ut pbatur in. l.
quidā decedēs. in pn. ff. de admi. tu. ⁊ ple
nius dicā. j. ſup glo. in. x. analogiſtas. ⁊c. ¶
Habes g̃ unū caſum quo pōt remitti cō
fectio inuētarij viȝ diſpōe teſtōris. ſi alio
mō pōt fieri hec remiſſio viȝ p ꝯſuetudi/
nem l' p l. mūicipalē ⁊ p iudicē ordiariū
cā tamē legitīa interueniente ſicut poſſet
iudex qd̄ plus eſt remittē dationē ⁊ cō/
ſtiᵉᵐ tutoris. ut. ff. ad tercul'. l. ij. ꝗ. tractari.
x. g̃ ſi mat'. ⁊ ar. l. p. C. de ali. pub. pſ. ⁊. C.
qn̄ ⁊ quibꝰ quarta ps debe. l. ij. ⁊ ſic deter
miat Cy. in. d. l. fi. ⁊ bar. in. d. l. tutor qui
reptoriū. An aūt hec remiſſio inuētarij
ꝯficiēdi poſſit ita fieri p p̄rēm legitimo l'
datiuo tutori ſicut fit teſtārio. Cy. dicit
ꝙ ſic in. d. l. fi. ⁊ idē glo. in. d. l tutores. C.
de admi. tu. Sȝ pone ꝙ tutor ut ſicī ſolȝ
cepit inuētariū facere nec pfecit ſi ꝓteſta
tus eſt in eo ꝙ ſi aliqua alia bona repīcit
in bois pupilli patꝰ eſt illa apponē l' ſi q̄
appoſuit n̄ apponēda uult illa ꝓ n̄ appoī
ti. hri. querit̄ ſi tutor agit ⁊ obiciatur ꝙ
inuētariū nō pfecit an poterit ſe defendē
ex h̄ iuentario quaſi ſit pfectū. dicit bar.
in. d. l. tutor qui reptoriū. ꝙ nō nec h̄ ꝓte
ſtatio hēt ſibi pdeſſe cū ſit emiſſa ſup eo
qd̄ habet de nccītate facere iuxta nō. in. l.

alimēta.C.de neg.ge. cuius cōtrariū tēt ⁊ obſtat gnāl' ꝯſuetudo ꝑ.d.l.fi.a q̄ nō ē recedēdū ut.l.minime.ff.de legi. ¶ Dei de querit' an tutor dū agit ⁊ iuentariū ꝓducit dēat de eo copiā dare aduerſario dicit bar.ubi.ſ.ꝙ ſic.vȝ de illa pte q̄ ſuffi ciat ad legitiatōem pſone ipius tutori.nō aūt tenet' copiā facere de rebus ſingulāi bus in eo deſcripti.ar.in.l.ij.C.qn̄ ⁊ qui. quar.ps. de.nec ꝓderit ipi adūſario ſi di cat eum ſuſpectū ꝓpt' omiſſionē aliquarū rerū ꝙ h cāu n̄ ꝓſequit' ꝓpriā iīuriā ſed alienā.ideoq̄ n̄ ē audiēd⁹.ar.l.neganda. C.q.ac.n̄.po.⁊.ff.de pub.iudi.l. is q reus cū ſi.ſm eū. ¶ Venio ad 2m qd̄ reqrit' vȝ iudici.decretū de quo loquit'.l.iiij.ff. de aucto.ꝓſtan.⁊.d.l.fi.C.arbi.tute. Et quero an in oī tutore ſiue teſtārio ſiue le gitimo l' datiuo ſit ncēm hui⁹ decretum dicit bar.ubi.ſ.ꝙ ſic.ꝑ ter.in.d.l.iiij.cū ſi fallit ſi teſtōr hoc exp̄ſſe remiſerit ſm eū ar.d.l.fi.ar.tu. Item fallit ſi teſtōr exp̄ſſe decreuerit ⁊ ordiauerit ꝙ tutor ſua ꝓpa auctōitate ſine alteri⁹ ſuffragio poſſit ip ſa bona pupilli attingē ⁊ adminiſtrar' ar. in.l.cui eoꝝ.in pn̄.ff.de poſtu.⁊ nō in.l.i. de tu.⁊ cur'.illu.pſo.⁊ in auc.ut hi q ꝓhi re.mino.in fi.cū ſi.ſicut etiā pōt teſtōr cō cedere legatario. ut ſua ꝓpria auctoritate rem ſibi ꝑ eū legatā apprehēdat ſm bar. per ter.in.l.titia.§.i.⁊ ibi nō.ff.de le.ij.qd̄ eſt multū nō. ⁊ bn̄ facerent notarij ſi in teſtis apponerēt hāc clauſulā. h aūt decre tum de quo ad p̄ns loqmur nil aliud q̄ȝ ponere ipm tutorē in poſſeſſiōe adminiſtra tiōis ſue tutele ar.in ſi.qd̄ nō Inno.in.c. ꝓpoſuit.extra de ꝯceſ.ꝑben.i p̄ma glo.vn̄ nimirū ſi ipe teſtōr pōt a ſeipo tutorem ponere in hāc poſſeſſionē l' ut meli⁹ loq mur facultatē ⁊ licentiā ꝯcedē apprehen dendi talē poſſeſſionē ſicut in ſi.nō.i.l.ꝓ dia.ff.de acq.poſ. Et aduerte ꝙ iſtd̄ de cretū iudici.opat' effectū in oibus bonis pupilli ubiq̄ȝ poſiti.extra iuri.ctm ⁊.ī.ipiuſ iudici.dū° tam tutor q̄ȝ pupillus ſint de eius iuri ne.ar.l.mag. puto.§ illud queri pōt.ff.de reb⁹ eo.⁊ nō ꝑ Cy.in.l.ſi ꝓdiū. C.d ꝓdi.mi.ſicut alibi dicit' in ſi.d teſtā facto in vna ciuitate qd̄ opat' ſuū effcm̄ etiam in alijs bonis ſiti.in alia ciuitate ut nō in forma.li.quo petit' hēditas. Sȝ po ne ꝙ plurib⁹ ē delata tutela ex teſtō uel iur' legitio ab iteſtō an poterit iudex vni ſoli adminiſtratiōem decernē. vr' ꝙ n̄ q: oī bus in ſolidum cōpetit adminiſtratio ut.l.

decreto.§ fi.cū ſi.ff.de admi.tu.g° n̄ potēit iudex ipſis hāc ptātē auferre ⁊ uni ſoli ꝯferre ar.eoꝝ que nō.ꝑ Dy.in.c.idultū d re.iuri.li.vi. In ꝯtrariū ē ueritas dū° h faciat cū legitia cā ut īdit' ꝑ tex. i.l.teſtō datos.cū ſe.ff.de teſta.tu.⁊ in.l.legitioſ.§. i.ff.de legi.tu.⁊.l.ſi plures.la p̄ma.ff.de admi. ¶ Venio ad quartū articulum d ſatiſdatōe ⁊ quero an h ſatiſdatio p̄ſtāda ſit a quocūq̄ȝ tutore ⁊ dic breuit' ꝙ legi timus tutor ſatiſdare tenetur niſi ſit pa tron⁹ ut hēt' in.d.l.legitios.§.i.ff.d legi tu. Teſtāri⁹ aūt tutor l' datiu⁹ a iudice ꝑ inqſitionē n̄ tenet' ſatiſdare ut nō.in.l. in dubiū.⁊.l.n̄ oim.C.de tu.l' cur'.qui ſa nō.de.⁊ inſti.de ſatiſ.tu.ꝑ⁹ p̄n.⁊ i h datio ex inqſitōe dato multū errant moderni officiales nam oēs officiales faciūt ſatiſ dare ⁊ eſt rō ꝙ n̄ tenet' ꝙ fides eoꝝ ē a teſtatore ⁊ a iudice approbā.veꝝ tamē ꝙ ipi officiales trāſeūt ſicco pede n° faciūt debitā ſup h inqſitionē iō coiter faciunt ipos ſatiſdare quā practicā approbat glo. C.de tuto.qui ſatiſ.nō de.l.i.ꝑ tex. iſti.de atti.tu.§.nos autem.qui autem non ſatiſ dedit repellitur ab agendo ex officio ut l.i.ij.et fi.C.de.tu.qui ſatis non dede.

## ¶ Eidem Ja.tunc

pupillo. ¶ Quid erit ſi tūc erat pubes an valebit datio tutori. dic ꝙ n̄ ut ē tex.in.l ſepe egreſſe.ff.de tu.⁊ cu.da. ab his ⁊ idē ſi iudex decreuēit alicui maiōi tutorē. nā etiam ſi n̄ fuerit error exp̄ſſus in decreto nihilomin⁹ datio tutori.erit ipo iur' nul la ſm bar.⁊ doc.licet in ſnīa lata ꝑ iudicē diſtiguit' an error fuerit in ea exp̄ſſus l' nō ut plena tāgit' in.l.i.C.qn̄ ꝓuo.nō ē ne. Sed ꝯtra p̄dcā multū obſtare uidet' ꝙ ſi ꝑ iudicē det' cur' alicui tāq̄ȝ ꝓdigo q n̄ ſit ꝙ datio tenet licet erratū ſit ut nō. ꝑ gl.in.l.ſi ab eo.ff.de vſuca.⁊ inſti.qui.n̄ eſt ꝑmiſ.fa.te.§.itē ꝓdigus. Sed rndet' ꝙ aliud eſt i iſto curatore q̄ȝ i illo tutore ⁊ rō diūſitati.ē ſm bar. ut ꝑ eū nō.i.d.l. ſepe.ꝙ etati.declaratio fit a nā ſi ꝓdigali tati.iquiſitio ꝑtinet ad iudicē cuius ſnīa etiā ſi ſit iniqua vȝ ⁊ ad p̄miſſa faciunt q̄ nō ꝑ glo.in.l.i.C.de cur'.fur' ⁊ ꝑ bar.in.l. is cui.ff.de.x.ob. Sed quid erit ſi pupil lus cui dand⁹ ē tutor l' decernēd⁹ ꝑ iudi cē ſit oriūd⁹ ex vna ciuitate ⁊ in alia ciui tate ſunt bona poſita qs hoꝝ iudicū erit iudex ꝯpetēs i dādo ſibi tutorem. dic ꝙ vterq̄ȝ eoꝝ ut hēt' ⁊ declaiat' ꝑ Cy.in.l.i.

C.ubi pe.tu. Et ſi uterq; dederit diuſos tutores ille tutor pferēdus erit qui pus datus fuerit ſm Dy.ut ibi nō.p Cy. ¶ Huius autē grā alia qō ſbūgit pone q pupill⁹ hēat originē i una ciuitate i alia uero ſortit ex accidēti domicilium. In alia hēt eius uniuſum patrimoniū quis erit iudex ɔpetēs in dādo tutorē. quā qōēm plene exaiat Cy.in d.l.i.ꝛ alij doc.ꝛ fial' r ɔcludūt q ille erit iudex ɔpetēs ſb cuius iuriſdictōe pſona pupilli reſidentiā facit p tex.in.l.magi puto.§.illud.ff.de re.eoꝝ ꝛ ad h etiā facit d.l.i. ꝛ ſic dēt intelligi.l. pupillo.ff.de tu.ꝛ cur.da.ab his facit etiā l.i.in fi.ff.eo.ti. Et nihilomin⁹ iudex cō petens erit iudex ſue originis.idōq; uterq; ipoꝝ iudicū tā hitatōis q̄ originis dede rit diuerſos tutores ille tutor in admini ſtrat.pferī qui p⁹ datus fuerit ut ē dcā ubi autē de poritate ñ apparet tūc pferri debet ille qui dat⁹ fuerit a iudice ſue ori ginis ar.in.l.libert⁹.§.pſcriptor.ff.ad mu nici.ſm Dy.ꝛ Cy.ubi ſup. Si uero ille qui datus ē tutor l' cur.nō ē de iuriſdic iudicis decernētis.nō valet datio ipo iur q exigit q uterq; tam is qui dat q̄ is cui dat ſit de iuriſdictōe dātis.ut.l.i.in fi.ꝛ in l.ius dandi.ff.de tu.ꝛ cu.da.ab his.ꝛ ple ne p glo.in.l.etiam.ff.de tutel'.

## ¶ Suos tutores

Ideo aūt h noie appl'ant quaſi tutores h ē defenſo res ut inſti.de tutel.§.i.ꝛ.ff.de tute.l.i.in pn.cū ſi.ꝛ ſi teſtōr eis aliqd legauerit ꝛ tu tela ſe excuſauerit puat legato ut i.l.p⁹ legatū.§.amittere.ff.de his qui.ut indig. q etiā in re dubia ē pſumptio q legatū ſit eis ɔtēplatōe gerēde tutele ut tradit i.l.ſi h nimiū.cū.l.pcedēti.ff.de excu.tu.

## ¶ Et curatores

Erāt q̄ plēs da ti tutores ꝛ curatores. vnde queritur an ptātē hēant in ſolidū adminiſtrandi ul' p pte dic q quilibet hēt ptātē i totū poſſit tamē iudex uni ſoli decernē adminiſtrati onē ut hec hrī in.l.ſi plures.la p̄ p to tam.l.ff.de admi.tu.ꝛ.l.decreto.§.fi.eo.ti. ꝛ.ō.dixi. Sed hic aduerte q durāte pu pillari etate non tenet datio curatori.. ut l.qui hēt.in pn.ff.de tute.ꝛ.l.cur.ff.de tu. ꝛ cu.da.ab his.ſi finita etate pupillari vi res aſſuīt ꝛ qui pus fuit tutor nūc icipit eē curator uolēs tū ſi ñ inuit⁹ ut.l. ſi tutor in fi.ff.de tutel.ꝛ rōi.diſtra.ꝛ inſti. de excu. tu.§.fi.ꝛ.C.de excu.tu.l.curator.vidi aūt

nec imerito apud uulgares dubitari an vitricus poſſit eſſe tutor ul' curator ſui p uigni.ꝛ uidet q nō quaſi uideat ſuſpe ctus ſicut uxor eius.dicendū tamē eſt q poſſit ut det glo.ꝛ tex.in.l.fi.C.de cōtra. iudi.tu.ꝛ.C.ubi pu.edi.de.l.i. ¶ Deīde ſciendū ē q talis datio curatōis facta in teſtō nō tenet mero iure niſi fuerit p iu dicē ɔfirmata ut inſti. ō cur.§.i.ꝛ in.l.cu ratorem. C.de neg.ge.ꝛ.l.pe.C. de teſta. tute.cum ſi.qui etiā curatōes put tutōes tenent iuētariū facere ut.l.fi.C. de cura. fur.ꝛ in.l.de creatiōib⁹.C.de.epi.audi. et ſi cur.nō fuerit ordiat⁹ a teſtōe nō cogit adult⁹ curatorē aſſumē niſi ad lites tātū ut in.§.itē inuiti inſti.de cur.licet pupil lus inuit⁹ tutorē accipiat ut ibi nō.ꝛ.ff.ō tute.l.i. ſi tamē non petit illū ſibi decerni ut.l.fi.ff.de manu.uin.ſi ab alijs petit p i agnatis ꝛ cognatis ipi pupillo cōſtitui ut ff.qui.pe.tu.l.ij. Et nō q curatores ſolēt ɔſtitui in uarijs negocijs ꝛ pſonis.pmo nāq; ɔſtituit cur.minori.xxv.an.ꝛ h du' l' ad nego gnālit l' ad cās aut ad vnam cām tm.ꝛ tū oēs faciūt inuentariū illo ex cepto qui dat ad vnā ſolā cām q nō tēt inuētariū facere ut nō.p gl.in d.l.de crea tionib⁹.ꝛ in.l.fi.C.de in liti.dan.tu. facit l.ad ptegēdam.C. eo.ti.ꝛ qō nō.p gl.et bar.in.l.ſi ad ſpēs.ff.rem pu.ſal.fo. nō tū ut pdixi minor tenet inuit⁹ curatorē re cipe ad negocia ſua agēda ſeu gerēda ſed ad lites ſic ut idonea ſit pſona cū qua iu diciū poſſit ſtari ſm q habet i.§.itē inuiti inſti. ō cur.ꝛ nō.in.l.i.ꝛ.l.momētanee.C. qui legit.pſo. Itē dat curator pdigo fu rioſo ꝛ mēte capto ut inſti.de cura.§. fu rioſi quoq;.ꝛ.C.ꝛ.ff.de cura.furi.p totū. Itē dat aliqñ curator bōis uacātibus et indefenſ ad inſtātiā creditoꝝ ut.ff.ō cur bo.dan.p totū ad quē ptinet de ipis bōis inuētariū facere nec tamē hēt illā ptātē quā hēt tutor ul' cur.ad nego ut nō.per glo.in ſca ꝛ in.l.i.in pn.ff.de cu.bo.dan. ꝛ pbat in.l.inter bonoꝝ.ff de admi.tu.li cet tutor ꝛ curator ad nego iuicē eqpari regl'arit uideant ut nō.in d.l.cū et uos minores.C.ſi adū.rē iudi. ꝛ loco dnōrū reputātur ut.l. qui fundū.§.ſi tutor.ff.p emp.ꝛ.l.interdū.in.§.qui tutelā.ff.de fur nec tamē hnt illā ptātē quā habēt ueri dni q nō pñt uendere nec alienare bona pupilloꝝ nec minoꝝ niſi ex iuſta cauſa ꝛ legitia ac iudicis accedent decreto quan do ſunt res imobiles uel tales que inter

īmobilia computāt̄ l' ex tpis curſu non
corrūpunt̄ ut auꝝ ⁊ argētū ⁊ ſi' ut in.l
magis puto §.ne paſſim.ff.de re.eoꝝ .et.l.
lexq; tutores.C.de admi.tu.cū ſi.ibi nō.
immo nec de his tranſigē nec donatioēm
facere poſſunt ut.l.nō ſolū.C.de pdi.mis
licet eis poſſit recte ſolui de redditib⁹ et
fictis boꝝ ſuoꝝ pupilloꝝ ut.l.ſantimus
⁊.l.oſtitutōem..C.de admi.tu. Alij autē
debitores et alia cā nō liberāt̄ pfecte ſol
uendo ipi tutori l' curatori niſi iudicī.in
terueniēte auctē. ſm tñ diſtictōem ēditā
in.l.i.cum ibi nō.C.ſi adū.ſo.⁊.l.ſantim⁹
⁊ inſti. qui alie.licet §.nūc admonendi.et
ibi p glo.⁊ facit.l.ait ptor §.pmitit̄.⁊ §.
qđ tamē.ff.de mino.⁊.l.lucius §.tutele.ff.
de admi.tu. p quib⁹ quidē oib⁹ p ipſos
tutorez l' cur̄.geſtī. đ admiſtratī.tenentur
reddere finita tutela ⁊ cura debitā roēm
⁊ reliqua reſtituere ut.l.roēs.⁊.l.adūſus
C.de admi.tu.⁊ ibi plene nō p glo.et p
hac adminiſtra.ſunt eoꝝ bona tacite pi
gnori obligata ut.l. p officio.C.de admi
tu.licet hodie cū iudex decernit tutelam
l' curā faciat in inſtrō eoꝝ bona expreſſe
obligari. Eſt aūt aliđ ſciēdū ꝙ plerūq;
a tutore l' curatore oſtituit̄ actor ut inſti
de cur̄ §.fi.⁊.l.actor.ff.rem ra.ha.ꝙ tutor
⁊ curator nō pñt oſtituere ad lites pcu
ratorē ut.l.neq; tutores.C.đ pcur̄.ſed ad
negocia extraiudicialia ſic ut.l. pcur̄ §. ſi
tutores.ff.má. vnde dubitat̄ qua forma
dēat conſtitui talis actor qđ plene diſpu
tat bar.in d.l.actor.ocludēs tamē ꝙ duo
debēt īteruenire viz mandatū tutorī et
curatorī.⁊ decretū iudicis ſicq; oſtituēd⁹
eſt in iudicio ut pbatur p tex.in.l.i.C.de
aucto.ſeu cura.dan.⁊ d.§.fi.inſti.de cura.ī
q̄ oſtitutōe dēt ſbeē ſm bar.alīq cā hoēſta
ꝓpt̄ quā tutor l' curator p ſcipm ñ poſſit
intendere admiſtratōi huiuſmodi ut ha
betur in.l.de ceťo.ff.de admi.tu. ⁊ etiam
tenet̄ ipe actor legitie oſtitut⁹ cauere rē
ratā pupillū ac ipm tutorē l' curatorem
hituꝝ et in h̄ dēt a pcur̄ ut plene diſpu
tat bar.in.l. actor.et ſic facias exprimi in
inſtrumento conſtitutionis.

¶ Ac executores Ad
uerte
ꝙ nā ⁊ odicio iſtoꝝ executoꝝ in aliqb⁹
exequatur dictis tutorib⁹ ⁊ curatōibuſ
⁊ in aliquib⁹ differt ab eis ut patebit in
ſequētib⁹ de qūb⁹ executorib⁹ plene tra
dit̄ in.l.nulli.C.de epi.⁊ cle.⁊ ibi plene
p Cy.⁊ alios doc.⁊ in.l.id qđ paupibus.

eo.ti. ⁊ per bar.in.l.alio.ff.de ali.⁊ ci.le.⁊
p ſpe.in ti.de inſtru.edi.§ nunc uero aliq̄.
⁊ p gl.tex.⁊ doc.iurī.canōicī.⁊ in.c.tua no
bis.⁊ in.c.iohānes.de teſti.⁊ in.c.ſi de te
ſta.li.vi. p cuius tractat⁹ pleniori cogni
tiōe uidēdū ē p p⁹ qui phibeāt̄ eſſe exe
cutores quibus cognitī apparebit qui eē
pñt ꝙ cognito uno ex otrarijs cognoſcū
tur ⁊ reliqua ut inſti. de his qui ſunt ſui
uľ alie.iurī.in pn.2°. uidebit̄ de eoꝝ ptā
te.3°. declābit̄ ī quibuſ dīāt a tutore et
cur̄. Alia inſuper incidēt̄ tractabimus ad
maiorē ptinētiā. ¶ Rurſum ſciendū eſt
ꝙ executor pōt ſumi tripliciter. vno mō
largiſſime.alio mō largi⁹.3°. large. pmo
mō ophēdit̄ quilib; qui aliena negotia
gerit l' exequit̄ puta pcur̄ negocioꝝ ge
ſtoꝝ ⁊ ſi.ſumpto.ar. ab ethio° uocabuli
2°. ophendit eos qui ſnias exequūtur ⁊
ultīas uolūtates. 3°. uero mō ſolū cōp
hendūt̄ nūcij.⁊ hi qui ſnias ⁊ alia acta
iudicialia exequūt̄ ut.l. executorē .C.de
exe.rei iudi. ¶ Hoꝝ aūt executoꝝ ultiaꝝ
uolūtatū tres ſunt ſpēs.nam quidā ſunt
legiti.qdā teſtārij.alij uero datiui ſic̄.ſ.
dictū ē in tutorib⁹.legiti aūt appellantur
hi quibus a iure canōico l' ciuili defertur
ptās exeq uēdi uolūtates defuncti ut pū
epſ Iconomus ⁊ capl'm ut hēt̄ in auc̄ đ
eccle.ti.§.ſin aūt ſpālit̄.cū §.ſe.⁊ in §.in oī
bus.⁊ extra de teſta.c tua.⁊.c.io.⁊ l.ſi qs.
ad declinādā.C.de epi.⁊.cle. Teſtārij ve
ro ſunt hi qui p teſtatorē ad h̄ oſtituūt̄
ut uidem⁹ quotidie fieri de qb⁹ loquit̄
d.l.alio hēde.ff.de ali.⁊ ci.le.⁊ d .l. nulli
⁊.c.tua.⁊.c.iohānes. Datiui aūt ſūt illi
qui p iudicē oſtituūt̄ aliqū ſ; perraro de
quib⁹ loquitur .l.iij.§.fi.ff.de ali.⁊ ci. le.
Hiis pmiſſis redeo ad pncipale queſitū
viz qui ſunt illi qui ñ pñt eē huiuſmodi
executōes ultiaꝝ uolūtatū.⁊ breuit̄ rñ
ꝙ p̄ phibēt̄ frēs minores de quo imēſe
triſtant̄ ⁊ odolēt ꝙ manus ⁊ pedes uel
lent tā ipi q̄ ceteri mēdicātes ⁊ clericī po
nere ⁊ imiſcere in bonis laicoꝝ ⁊ eos ro
dere uſq; ad oſſa put cotidie faciunt ut ē
tex.in cle.exiuit.de ꝟ.ſig. ꝙ in tali officio
uertit̄ ut plurimū tact⁹ ⁊ octatio pecu
nie qđ ē otrariū regľe bti frācīſcī.ideo q̄
ñ pdeſt eis auctōitas ſui ſupiorī.cui non
licet diſpēſar̄ contra rgľaꝫ ṗdictam ſed
multo minus pape oſtitutōes infringere
ar.in.l.nā nec ingrat⁹.ff.de arbi. Ceterī vo
mēdicātes ac religioſi de ſui ſupiōis licē
⁊ nō alit̄ poſſint eſſe executōes ut in.c.ſi

in pn̄.extra de teſta.li.vi. ⁊ nō p bar.in.l.
a filio.ff.de ali.⁊ ci.le. Item pupill⁹ furi-
oſus mēte capt⁹ ⁊ ſilēs q̄ nō pn̄t eſſe ad
negotia l' ad iudicia ꝓcuratōes ex defcū
ſenſualitatꝭ.repellūt' ꝓpt' idēptitatē rōis
ab officio executōis.fēia tn̄ boni itellect⁹
pōt eē executrix ut in d.l.a filio. licet nō
poſſit eē ad iudicia ꝓcuratrix ut i.l.aliena̅
C.d ꝓcur.⁊.l.feminis.ff.co.ti.⁊ nō.ſpecu.
ubi.s.in.§.ſi pone quedā mulier ⁊c.ſuper
ptāte aūt ipoꝝ executoꝝ reſtat de trib⁹
querē viȝ an plures executōes habeant
inſolidū ſicut tutores ptātē exequēdi ul'
coīter tantū.¶ Itē an poſſint agē cōtra
hereditatē ⁊ bona hereditaria ꝓ ipa exe-
cutiōe fiēda alienare.¶ Itē an poſſint ⁊ q̄
liter cōſtituere ꝓcuratorem.¶ Itē an d ge
ſtis ⁊ cui teneāt' rōēm reddere. quo aūt
ad pimū an ptātē hēant coīter l' inſolidū
fuerūt ⁊ ſunt āiquoꝝ ⁊ modernoꝝ ua-
rie opiōnes.alijs quidē eq̄pantibus hos
executores plurib⁹ tutoribus. alijs uero
plurib⁹ ꝓcuratōib⁹ alijs aūt plurib⁹ iu
dicib⁹ ut ꝓlixe refert ſpe. in ti.de inſtru.
edi.§.nūc uero aliq̄.§. ſi nū quid plures.
⁊ etiā p Cy. in.l.id quod paupib⁹ i vij.
queſtiōe que quidē q̄ſtio ſeu diſputatio
ē hodie ſopita in.c. fina.extra de teſta.li.
vi.ubi ē approbata opīo illoꝝ q̄ dixerūt
coīt' tantū eos exequi poſſe niſi in q̄tuor
caſib⁹ in quib⁹ diuiſim poſſunt exequi.
pimus caſus ē ſi unus ē mortu⁹.¶ 2⁹ caſ⁹
eſt ſi ſit abſens.¶ 3⁹ caſus ē ſi recuſat exe-
qui ut ibi hēt'.¶ quartus caſus qn̄ teſta
tor eos expſſe inſolidū ſingulis cōſtituit
ptātē ut ibi nō. ſi an hēant actionē cōtra
ſcriptū herēdē ꝓ executiōe fiēda diſtigue
aut ſunt executores gnāles aut ꝑticulares
tantū puta ad faciendū capellā. pimo cāu
aut ſunt meri ⁊ puri executōes nullum
ꝑticipātes cōmodū ⁊ tūc ſiue ſint gnāles
ſiue ſpāles hn̄t cōditionē ex lege ꝑcal'.
nulli.⁊.l.ſi quis ad declinādā.cuȝ ſi. Aut
non ſunt meri executōes ſi cōmodū ꝑtici
pāt utputa ſi teſtōr legauērit eis centū ⁊
iuſſit p eos diſtribui quīquagīta. ⁊ tunc
hn̄t actionē ex teſtō ad ipa centū exequē
da ut ꝓbat' in.l.ſi quis titio.in pn̄.ff.d le
ij.⁊ in.l.ſi quis legatū.ff.de lega.iij.⁊ in.l
ſi ſeru⁹ pluriū.§.cū quid.de le.i.de q̄ ple
ne p Cy.in d.l.id qd paupib⁹. in quarta
qōe ⁊ p ſpecu.in d.§.nūc uero aliq̄.§.ſciē-
dū q̄d ē executor. Sed nūq̄d executores
ſim' dati hn̄t ptātē vēdēdi ⁊ alienandi
ꝓpa auctōitate d bōis d̄fūcti ꝓ diſtribu-
tione ⁊ executiōe fiēda ſpe. i d.§.§. ſed an
executor. uidet' diſtiguē aut ſunt execu
tōes gnāles nullo alio hēde inſtituto et
tūc pn̄t vēdere ⁊ pecuniā cōuertē in uſuȝ
deputatū aliter nō ar.C.de epiſ.⁊ cleri.l.
orphanotrophos. Aut alius eſt datus
heres in teſtō ut coīter accidit ⁊ cum eo
ſunt dati executōes ad aliqua ſpālia exe
quēda ⁊ tūc hic cōſidera aut p teſtōrē eſt
ſibi ptās cōceſſa alienādi ⁊ tūc poterūt vē
dere. aut hec ptās n̄ ē eis cōceſſa ⁊ tūc aut
teſtōr diſpoſuit res quaſdā alienari ⁊ pe-
cuniā inde diſtribui ⁊ tūc licet n̄ declara
uerit ꝑſonā p quā fieri dēat h alienaᵒ tn̄
in dubio p̄ſumit' hoc tacite ipis executo
ribus demādaſſe q̄ p cōceſſionē cōſequētis
p̄ſumit' cōceſſio aītecedētis ad illud necē̄
ar.in.l.ad rē.⁊ in.l.ad legatū.ff.de ꝓcura.
⁊ in.l.ij.ff.de iuriſdic.om.iudi.⁊ in.c.ꝑtēa
de offi.dele. Aut ſuper alienatiōe fienda
teſtōr nil diſpoſuit ⁊ tūc vēdere n̄ poterit
ut.l.alio hēde.ff.de ali.⁊ ci.le.⁊ ibi p bar.
¶ Quid aūt ſi paupes xp̄i ſunt heredeſ
inſtituti ⁊ dati certi executōes ad diſtri-
buēdū bona int' eos qualē hēbat ipi exe
cutōes ptātē in ipis bōis dic q̄ loco hē-
dū ſunt ⁊ iō vēdere poterūt ⁊ oēſ actiōeſ
intentare ac alienare ut in d.l.ſi quis ad
declinādā ⁊ nō p Inno.i.c.officij.d teſta
in fi.⁊ per bar.in d.l.alio herede.qd tene
mēti q̄ ſepe de facto occurrit. Sȝ pone
q̄ teſtōr ut pleꝝq̄ accidit iuſſit diſtribui
bona inter paupes. Querit' q̄s paupeſ
hēbit eligē ep̄us l' executor dic breuiter
illos de ciuitate ep̄i exequēti.niſi teſtator
ſpālit' alios elegērit ut nō. p bar.i.l.cētū.
C.de anno.⁊ trib.li.xi. Et facit d.l.nl'li.
⁊ melius l.ſi quis ad declinādā.§.ubi au
tem.⁊.§.ſinautē null⁹.C.d epiſ.⁊ cle.
Et nō q̄ fienda ē diſtributio illiſ paupi
bus qui ſunt mēdicātes ſi repiūt'. deide
alijs miore egeſtate laborātib⁹ ut in d.§.
ſinaūt.⁊ i.§.ꝑrio p̄cedēti.l.id qd paupi-
bus.¶ Ultra querit' quāto tp̄e habet
durare hoc officiū executori. Rn̄detur q̄
p annum ⁊ nō ultra quo anno finito de-
uoluit' ptās exequēdi ad ep̄m ⁊ per hoc
trahūt aquā iſti. clērici ad coꝝ molēdinū
ut hēt' in.d.c.tua.⁊.c.iohānes.⁊ d.l.ſi.qſ
ad declinādā.⁊ in.l.nulli.qd tamen bono
p̄ncipio ordiatū fuit ad hoc ut teſtōꝝ uo
lūtates ſortirēt' effectū ſuū licet hodie h
res deuenerit apd eos i abuſuȝ. Sed ut
inquit ſaluſti⁹ oīa mala exēpla ex bonis
orta ſunt quā q̄dē ptātē p.l.ep̄o attbutā

nõ poſſet teſtõꝛ auferre qd̾ nõ. ut tradit̾
in d.c.tua. ⁊ in auc̃ de eccle.ti.ſi qs aũt. et
ꝑ ↄ̃ñs qd̾ ei⁹ ſauoꝛe iductũ ẽ ñ põt ꝑ eũ
r̃mitti. l. qd̾ fauoꝛe. C. de legi. ⁊ l. ſi iudex
ff. de mino. cuꝫ ſi. iuuat̾ tamẽ p̃dcã d̾ciſio
ꝑ. l. nemo põt. ff. de le. i. ¶ Ruꝛſum q̃rit̾
quo tpe cedat iſte annus an a tpe moꝛtis
ipi⁹ teſtõri. ã a tpe ſcie ipi⁹ executori. Et
an hoc tẽp⁹ ſit utile ul' ↄtinuũ. ⁊ breuit̾
bal. in d. l. id qd̾ paupibus. determinat q̃
currit a tpe ãmonitiõis facte ꝑ epm. ⁊ ſic
a tpe ſcie uere l' ficte ut nõ in. c. nos qdã
⁊ in. c. tua. extra de teſta. ¶ Ideoqꝫ ſolẽt
ipi facere ↄſtitutiões ꝑ q̃s gnãlit̾ monẽt
quoſcũqꝫ executões ſuꝑ eoꝝ executione
fienda. uerũtñ ƀm eum ſi qualitas opis
pficiẽdi req̃rẽt temp⁹ ꝓlixius utputa ſi
executoꝛẽ deputauit teſtõꝛ ad ↄſtituẽduꝫ
monaſteriũ. Tunc ƀm frede. de ſenis ei⁹
ptãs extẽderet̾ p⁹ annũ. dũ tñ ut credo
inchoaſſet op⁹ · ĩ · ãnũ quã opinionẽ ſeq̃t̾
idẽ bal. argu. ad hoc in. l. ſi mihi ⁊ tibi i §.
ſi quis ſeruos. ff. de le. i. ⁊ in. l. inſulam. § i
ff. de v̾bo. obli. ¶ Ulteri⁹ queritur an h̾
ann⁹ currat ante euẽtũ ↄditiõis uel dici
appõite legato l' iſtitutiõi ⁊ d̾t̾miat idẽ
bal. q̃ nõ. ar. in. l. tali. ff. de iur. do. i rõe ſui.
¶ Et ꝑ hoc det̾iat̾ queſtio q̃ ſi teſtatoꝛ
iſtituit filiũ ſuũ ipubẽm heredẽ ⁊ ſi dceſ
ſerit in pupillari etate uel poſtea q̃ñcũqꝫ
ſine liberis q̃ eius hẽditas diſpẽſet̾ iter
paupes q̃ añ euẽtũ ipius ↄditiõis ñ cur
rit hoc tẽp⁹ diſpẽſandi ipis executõibus
ratio ẽ q̃ hec ↄditio v̾ ita repetita i exe
cutiõe ſicut ẽ diſpõita i pncipali diſpõe
ar. l. quidã teſtõ. § ſi ſcriptus. ff. de le. i. ¶
Amplius ꝓ latiori p̃miſſoꝝ doctrina q̃ri
tur an h̾ annus currat executõi ignorãti
ꝓut poſſet de facili euenire cũ executores
aliquãdo nõ ſunt p̃ñtes teſtamẽto d̾tiat
ad idem bal. q̃ nõ q̃ ignorãs ñ põt exeq
ar. i. l. antepenultiã. ff. de eo q̃ ꝓ tuto. etiã
ſi cõſtitutio epi eſſet gnãl' q̃a ipedito per
ignorãtiã nõ põt culpa l' negligẽtia ipu
tari. Talis enĩ ↄſtitutio eſt ius p̃uõium
⁊ ꝑ ↄ̃ñs tale tẽpus erit ſaltim utile quo
ad ſui iiciũ ut nõ i. l. ſuꝑ uacuã. C. d̾ tẽpo
in inte. reſtitu. niſi eſſet ↄſuetudo i ↄtra
riũ ƀm eum. Idẽ tenet bar. ante eum i. l.
genero. ff. de his q̃ no. infami. ¶ Uerũ tñ
circa huiuſmodi tpa põt ſic diſtigui. Ali
quãdo curſus tpiſ inducit fauoꝛẽ ignorã
tis ⁊ tũc currit ipi ignorãti ad eius ↄmo
dũ ut in d. l. genero. de infa. q̃ñqꝫ curſus
tpis inducit ſibi dãnũ ⁊ tunc non currit

ignorãti ut in. l. cum ſer. ff. de edi. edic.
quãdoqꝫ curſus tpis nõ iducit dãnũ nec
fauoꝛẽ ⁊ tũc currit ignorãti ut in d. c. ſta
tutũ. de p̃ben. li. vi. ƀm eundẽ bar. ubi. s̾.
ſ̃ an h̾ tẽpus anni currat ante aditam he
reditatẽ dicit ipe q̃ ſic in relictis ad pias
cauſas q̃ in his nõ attẽditur aditio here
ditatiſ. cũ ea non adita debeant̾ ut nõ in. l.
i. C. de ſacro. ſanc. eccle. ſ̃ nũquid h̾ tẽpuſ
anni poſſit ꝑ epm ꝓrogari dicit ipe q̃ ſic
ex cã ut ꝑ euꝫ nõ in d. l. nulli. facit quod
nõ Inno. in. c. cũ tibi. extra de v̾bo. ſigni.
An aũt tales executões teneãt̾ facẽ iuẽ
tariũ tex. ẽ q̃ ſic in d. l. nulli. ⁊ ibi etiã tã
gitur ꝑ Ja. de bel. licet de ↄſuetudĩe male
ſeruet̾. ¶ Ulteri⁹ querit̾ an pendente
lite inter ſcriptos heredes ⁊ ueniẽtes ab
iteſtato currat iſtud tẽpus anni uidetur
q̃ nõ quaſi dubiũ ſit de uirib⁹ teſtamẽti
⁊ ꝑ ↄ̃ñs de eoꝝ baylia ⁊ ptãte ⁊ ſic tãq̃
ipedit⁹ nõ uidet̾ eis iſtud temp⁹ debere
currere ut. s̾. tactũ eſt l' foꝛte meli⁹ diſtin
gui uidet̾ aut enĩ teſtamentũ habꝫ clãm
codicillarẽ ⁊ tũc currit q̃ ab iteſtato eſt
etiã eis ptãs ⁊ executio d̾mãdata ar. coꝝ
que nõn. in auc̃ ex cã ꝑ doc. ⁊ ꝑ bar. in. l. i.
ff. de iur. codi. ⁊ ſic ceſſare hẽt iuris ipedi
mẽtũ. aut nõ hẽt hãc clauſulã iſertã ⁊ tũ
nõ currit h̾ temp⁹ tali pẽdẽte lite q̃ eoꝝ
ptãs ẽ ipedita ideo nõ currit ſibi temp⁹
ar. l. i. i ſi. C. de anna. excep. ut tamẽ m'ta
hẽant ceſſare ⁊ poſſint libere ipi execu
tores eoꝝ officiũ exercere ↄſiliũ eſt q̃ te
ſtatoꝛ det ſibi ptãtẽ alienãdi hoc mõ dãs
⁊ ↄcedẽs dictus teſtatoꝛ dictis ſuis exe
cutorib⁹ plenã ⁊ liberã licẽtiã ptãtem et
facultatẽ diſtribuẽdi uẽdẽdi ⁊ obligãdi
ac alienãdi de bõis ſuis oĩbus et uniũſis
ac eoꝝ ſingulis ꝓpia auctoꝛitate ipoꝝ et
abſqꝫ licẽtia ⁊ ↄſenſu ſuoꝝ heredũ ul' ali
cuius eoꝝ tã ante aditã hereditatẽ q̃ p⁹
liberans et abſoluẽs ipos executões ab
inuẽtarij ↄfectione ⁊ a rõe reddẽda ⁊ q̃
plena fides p̃ſtet̾ libꝛis eoꝝ ſi foꝛſan cõ
pelleret̾ ullo tpe reddere rõẽm quo caſu
adueniente idẽ teſtõꝛ ipis executoꝛibuſ le
gauit omne ⁊ totũ id i quo apparuit eoſ
dicta occaſioñ debitores remanere ⁊c̃. et
nõ q̃ etiam in tutoꝛib⁹ eſt bonũ ponere
hanc ptem ultimã. ¶ Ulteri⁹ queritur
ecce q̃ iſtitutis hẽds ⁊ datis executoꝛib⁹
quib⁹ data ẽ ptãs exequẽdi modo quo
ſuꝑ heredes non adeunt hereditateꝫ an
tunc poterunt executores ante aditã here
ditatem bona uendere ⁊ diſpẽſare dicit

dicit bartho. in dict. l. alio herede ꝙ non ſiue i teſtō ſit inſerta clauſula codicillariſ ſiue nō argu. in. l. ſi nemo. de teſta. tute. ⁊ in. l. ſi nemo. ff. de regu. iuri. ꝙ libertatis relictū ⁊ datio tutele ſunt fauorabilia ⁊ tamē nō adita hereditate depereunt ut. l. ij. ff. de fideicō. liber. ⁊. l. fi. in pn. ff. de ma nu. teſta. ⁊. l. qui filio. §. i. ff. de heredi. inſti. ⁊ ibi nō. ⁊ inſti. de eo. cui liber. ca. bona. adiciūt. Sed in his que ad pias cauſaſ legata ſunt baldus tenet contra ut ſupra uidiſtis. ¶ Itē querit quid ĩportat iſtū ṽbum licentiā per ſe ſumptū dicit Inno. in. c. cum ad monaſteriū. in fi. de ſta. mo nacho. ꝙ importat liberā uolūtatē. ſ; bar in dicta. l. alio. dicit ꝙ ſolum ĩportat arbi triū boni uiri arg. l. fideicōmiſſa. in. §. ꝗꝗ. de lega. iij. ⁊ ar. l. i. C. de ſacro ſanct. eccle. ubi patet ꝙ ibi teſtator habet licentiam diſponēdi ⁊ ñ tñ pōt filiū ꝑterire. Si au tem in oratiōe adijciat ṽbuȝ libera tunc latior eſt attributa poteſtaſ ⁊ abſoluta ut habet in. l. ꝓcurator cui libera. ff. de ꝓcu ra. ⁊ in. l. fideicōmiſſaria libertas. ff. de fi deicōmiſſ. liber. ⁊ idē dicit eſſe in ṽbo ple nam ar. l. ſi ꝓcurator. ad unā. ff. de ꝓcura. ⁊ in. l. i. ff. ꝺ teſtamē. milita. ¶ Inde que ritur an tales executores q habēt ptātē alienandi poſſunt ꝑmutare uidet ꝙ non ar. in. l. ſi pupillorū. §. ſi pretor. ff. de rebuſ eoꝝ. in ɔtrariū facit. l. ſicut. §. uenditionis. ff. qui. mo. pi. uel ipo. ſol. ⁊ hec eſt uerior. nam tale ṽbum vēditiōis ꝓlatū a ꝑſona priuata ɔprehēdit in ſe omnē ſpēm alie nationis per quam cauſa commiſſa poſſit ĩpleri ar. in. l. ſtatuliberi a ceteris. ṽ. labeo de ſtatuliber. ¶ Item queritur an iſti executores poſſint pecuniā deputatā per teſtatorē ad certuȝ uſum puta ad maritā dum aliquas puellas ɔuertere in alium uſum puta ad faciendū unam capellaȝ et dicēdū eſt ꝙ non ſine licentia ⁊ auctori tate pape. ut in cle. ij. in ꝑncipio. extra de reli. domi. ad quod facit tex. nō. in. l. i. ff. ꝺ admi. re. ad ciui. pti. ⁊ quod habetur in. l. legatū. cum. l. ſe. ⁊ ibi ꝑ bar. ff. de uſufruc. le. ¶ Ulteriꝰ querit an hi executores quibus talis alienādi ptās eſt ɔceſſa poſ ſunt vēdēdo dominiū ⁊ poſſeſſioneȝ tranſ ferre in emptorē ſine cōſenſu heredis. vi detur ꝙ ſic ar. in. l. ij. ⁊ quod ibi nō. C. qñ decre. opus non eſt. ⁊ in dcā. l. alio. de ali men. lega. ⁊ heres non pōt impedire offi cium executoris nec reſcindere piū teſta toris ꝓpoſituȝ ar. l. ſi ego. §. i. ff. ꝺ iur. do. ⁊ in. l. cum pater. §. meuio. ff. ꝺ le. ij. Quidā tenent ɔtra quia niſi heres cōſentiat uel pꝰ depōe exeat non ꝑdit dnium ar. l. ſi fi ſtulas. §. fundo. ff. de contra. emp. Nec ob ſi dicatur ſufficit ꝙ emptor inducatur in poſſeſſionē licet nō ɔſtituat uerus poſſeſ ſor ut. ff. de fun. do. l. ſi fundū. quia reſpon detur ꝙ illa. l. loquit quādo dominꝰ ven debat hic autē nō ſic ſed eius miniſter. ¶ Ad quod facit. l. ſi quis ꝓhibuerit. ff. de publica. Et licet habeāt executōꝛes pote ſtatem a teſtatōe non tamē poteſt ipſe te ſtator facere ꝙ inter uiuos dominiū tran ſeat ſine poſſeſſione ut in. l. nemo poteſt cum ibi notatis. ff. de lega. ꝑmo. Et hanc ꝑtem ſequit ipſe bal. Sic ergo ſm euȝ tale erat remediū ꝙ emptor agat ex con tractu cōtra heredem et ɔſequetur ab eo dominiū ⁊ poſſeſſionē mediāte iudice ar in. l. qui uniuerſas. §. cum emptor. ff. ꝺ ac quirē. poſſeſſio. quia nō liceret ipi execu tori ꝓpa auctoritate expellere heredē de poſſeſſiōe ut in. l. non eſt ſingulis. ff. de re gulis iuri. ¶ Sed an heres ſit cogenduſ exhibere executōibꝰ res teſtatōis quas uēdere uolunt dicit bartho. ꝙ ſic ar. in. l. ſit tibi electio. §. fi. ff. de opi. liberto. qbus rebus ſic exhibitis tunc ordo tenendus in eoꝝ alienati. talis erit uidelicȝ ꝙ ſi ha bent executōes liberā ptātem tunc erit ĩ eoꝝ arbitrio eligere ⁊ uendere quas res uoluerint dum tamē bona ſe habeāt. nā ꝓ modico non concederet venditio rei magni ꝑcij ut in dicta. l. magis puto. in §. ne paſſim. ff. de rebus eoꝝ. ɔiūcta. l. credi tor. §. lucius. ff. man. Si uero non habēt liberā ptātem ſed ſimplicē facultatē re latam ad arbitriuȝ boni uiri ut ſup̄ dcm̄ eſt tunc non poterūt quas res uolunt eli gere ⁊ uendere ſed ſeruandus eſt ordo traditus in d. §. ne paſſim. cum ſi. Et cum hac diſtinctione debet ĩtelligi gl. in. l. pe. C. quando decre. opus non eſt. ⁊ in. l. ꝗ diu. C. de diſtrac. pig. verum tamē in vē ditione fiēda debet ꝑus requiri ⁊ admo neri heres ut ſit pñs ipſi uēditiōi ſm bar ſiue ſint executores cū libera ſiue ſñ ar. l. creditor. C. de diſtrac. pig. ⁊ in. l. i. §. cum dicitur. ff. ſi cui plus. ꝗ p. l. fal. Pro cu ius latiori doctrina ſciendū eſt ſm euȝ ꝙ aliquādo ſunt plures uel unus habētes ptātem alienādi a. l. ɔceſſam. aliquando habēt hanc ptātem cōceſſam ab homine. ꝑmo caſu requirit admonitio ptis et re qſitio ut licite ꝓcedere poſſit alienatio ut

ꝓbat̃ in.l.a diuo pio.§.in uenditione.ff.
de re iudi.⁊ per Cy.i.l.ſi ut ꝓponis.C. de
execu.rei iudi.⁊ i.l.ab executore.C.q̃rũ.
appel.non reci. 2ᵒ. autẽ caſu ſubdiſtingue
aut talis poteſtas fuit ab initio. ⁊ poſtea
uoluntaria ut eſt illa que ꝓcuratori a do
mino conceditur ⁊ tunc ĩ alienatiõe per ꝓ
curatorẽ fienda nõ eſt dominus requirẽd⁹
ſed ſi dñs uelit alienationem impedire
debet ei denũtiare ne alienet ut in .l.ſi mã
daſſet.ff.mãdati. ¶Aut talis ptãs fuit ab
ĩitio uoluntaria ſed poſtea eſt facta neceſ
ſaria ⁊ tũc aut illa ptãs fuit definita ⁊ tũc
non eſt neceſſaria certificatio ut in.l.fi.§.
pmo.C.de iure do.ipe. Aut nõ fuit limi
tata ⁊ tũc exigit̃ certificatio ut.l.creditor
C.de diſtract.pigno ¶ Hoꝝ ergo exe
cutoꝝ officiũ licet fuerit reſpectu teſtõr.
ab initio uolũtariũ quãtuȝ tamẽ ad here
dem eſt neceſſariũ ⁊ ꝙ de ꝑiudicio hẽdiſ
agitur circa rei ꝑciũ quod nõ fuit limita
tum ꝓ tanto eius certificatio fienda eſt
neceſſario quod credo uerũ niſi a teſtõre
huius certioratiõis facta fuiſſet remiſſio
¶Ultra querit̃ an hi executores poſſint
huiuſmodi bona uendere habita fide de
ꝑcio ſicut plerũq; fit anq̃; decurrat tẽpuſ
anni bartho. ubi ſup̃ diſtinguit.aut hñt
cõtrahẽdi ptãtem cum libera ⁊ tunc ven
dere poterũt ꝑcio ꝑ eos dato ad ſolutiõeȝ
ꝑcij. Aut non habẽt hanc ptãtem et tũc
non poterunt ſic vendere fide habita de
ꝑcio ꝑ.l.ſi ꝓcurator.ff.de iure fiſ. ⁊ in.l.a
diuo pio.i.§.ſi emptor.ff.de re. iudi.con
iuncta.l.qui rome.i.§.calimacus.i ſi.ff.de
v̈bo.obliga. Et ſic per hoc ſeq̃t̃ ꝙ nõ ſuf
ficit executorẽ cõfiteri ſe pecuniã recepiſſe
q̃a per hoc non ĩpletur cauſa eis mãdata
ar.l.ſed iulianus.§ ꝓinde.ff.ad macedo.
debet ergo notarius q facit ĩſtrumẽtum
venditiõis in eo dicere ꝙ ꝑciũ ipſius rei
fuit in ipſius pñtia ipſis executõib⁹ nu
meratuȝ. ⁊ tunc plene ꝓbabit licet non
appareat ꝙ ipſum ꝑcium fuit cõuerſuȝ in
ſolutionẽ legatoꝝ ar.l.i.§.non autem.ff.
de exercito. ¶Item querit̃ quid ſi he
res vendita per executoreȝ poſtea fuerit
euicta contra quẽ agere debebit emptor.
R̃ cõtra heredẽ ar.l.i.§.fi.ff.de pigno.acti.
facit totus ille titulus.C.credi.euic.pig.
nõ de.ſm bar. ¶Poſtea queritur an hi
executores poſſint ꝓcuratorẽ conſtituere
ubi diſtingue aut uolunt conſtituere ad
negocia extraiudicialia ⁊ tunc poſſunt. aũt
ad iudicialia ⁊ tunc ante litis conti. non

poſſunt.ſed liti.conti. ſic exẽplo tutorum
ut habet̃ in.l.neq; tutores.C. de ꝓcura
toribus.ſup quo uide plenius quod nõ.
ſpe.in.d.§.nunc aliqua.v̈ſi.ſed nũquid de
inſtru.edi.⁊c. ¶Deinde querit̃ an exe
cutor deputat⁹ ad diſtribuendũ paupe
ribus poſſit eligẽ filiuȝ ſpuriũ ipſi⁹ teſta
tori tanq̃ paupẽm ⁊ in eum facere diſtri
butionẽ.R̃ dicit Ja.de are.⁊ poſt eũ bal.
ꝙ nõ ſiue ſit executor legitimus ut epuſ
ſiue teſtamẽtari⁹ q2 omni caſu tal' filius
nec ꝑ ſe nec ꝑ mediã ꝑſonã põt quicq̃ ca
pere ex bonis paternis ar.ff.de vul.⁊ pu
pil.l.ſi is qui. nec in dubio uidetur ipſi
executori liberũ arbitriũ cõceſſum diſpo
nendi cõtra ius ut.ff.de ritu.nup.l quãq̃.
ff.ad municipa.l.lutius. imo nec poſſet
teſtator tale arbitriũ cõcedẽ ar.i.l. nemo
poteſt.ff.de lega.pmo. veꝝ tamẽ poſſent
huic ſpurio alimẽta diſtribui iſpecto iur
canonico ar.in.c. cum hẽt. extra de eo q
duxit in vx.quam polluit ꝑ adulte. ſed
de iure ciuili nõ ꝑ auc̃ ex complexu.C.d
inceſt.nup.dum tamẽ nõ fieret fraus le
gi ſb tali colore alimentorũ diſtribuendo
in euȝ bona uniuerſa uel maiorem ꝑtem
ipſoꝝ ſm bal.ar.in.l.fi.ff.de exercito. Et
ſi fortaſſe epiſcop⁹ uel executor in eum
diſtribuẽdo fraudẽ cõmitteret nõ ꝓpterea
fiſcus poſſet ipſa bona a ſpurio tanq̃ ab in
digno uendicare ſed ipſe executor ł epiſ
cop⁹ contra ſuuȝ factũ veniens illa reuo
cabit ar.eoꝝ que notant̃ ꝑ Inno.in.c.in
litteris.d offi.dele.nec ꝑſcriptio obſtabit
etiam ſi longo tpe ſpurius poſſederit ar.
eius titul⁹ tanq̃ reprobat⁹ pro nullo eſt
vnde nõ parit ꝑſcriptionẽ ar.in.l.ꝓ lega
to.ff.ꝓ lega.niſi ſpacio.xxx.annoꝝ poſſe
derit quo tpe omne ius tollit̃ ut.l.ſicut
C.de ꝑſcrip.xxx.an.ꝑſumit̃ tamen bona
fides ꝓpter ſupiori.auctoritatẽ ut in.l.et
gnalit.C.de non ¶Querit̃ an executor
deputat⁹ ad ſoluendũ male ablata poſſit
ſoluẽ alia debita ex cauſa honeſta. dic ar
chi.ꝙ nõ ut ꝑ eum nõ.in.c. ſi reo.xiiij.q.
iij. Sed an executor ad pias cauſas tene
atur facere ĩuentariũ tex.dicit ꝙ ſic ĩ dcã
l.nulli.v̈.cum uir.⁊ in hoc equiparatur tu
tori ⁊ curatõi facit dicta.l.ſi quis ad dcli
nandã.de quo nõ.ſpe.in dicto.§.nũc aliq̃.
v̈.ſed an teneat̃ ĩuentariũ facer. tenetur
etiã executor de geſtis et adminiſtrati. ꝑ
eum debitam reddere rõẽm epo vocati.
⁊ pñtibus heredib⁹ ⁊ alijs quoꝝ intereſt
ar.C.ſi ut ſe ab here.abſti.l.i.cum auc̃ ibi

ꝑita de quo latius vide quod nōt ſpe.in
dicto.§.nunc uero.vˢ.ſi. ſed an ſimplex cō
miſſariꝰ.ꝛc.⁊ ſic uides ꝙ executor teſtamē
tarius reddit ratione executōi legitimo
ſed non ecōtra. Cui ergo ep̄us reddit ra
tionem dic ꝙ ſoli deo ar.i.c.irrefragibili
extra de offi.ordinarij. Sed uſqꝫ ad q̄d
tempuſ poterit executor ꝑ epiſcopū ꝯpel
li reddere ratione dicit bal.ꝙ uſqꝫ ad xl.
annos.nā in hoc ꝓſequitᷣ ius pauperꝝ q̄d
durat xl.annis ut in auc̄ de eccle.ti.§ itez
ſi ꝑ tēporalibꝰ. Sed hic queritᷣ nūquid
in reddenda tali ratiōe credēdū erit libriſ
executorꝭ.in quibus ſunt deſcripte diſtri
butiōes ſingulorꝫ dicit ſpecu. ꝙ ſic eorūz
īteruenīēte iuramento ꝙ uera ſunt que
in ipſis libris deſcripta repiuntur quod
iuramētū habebit epiſcopus eis deferre
inſpecta qualitate ꝑſonaꝝ ipſoꝝ executo
rum nam cum hēat liberā pauꝑū admi
niſtrationē pōt tale iuramētum deferre
⁊ ſic itelligi debet.l.ſi quis ꝓ redēptione
C.de dona. Sed quid dicendū ſi teſtator
mādauerit ꝯſtrui capellā dato ſuper hoc
executōe qui etiam ꝯſtrui fecit deinde hⁱ
executor in ratione reddenda non poteſt
liquide ꝓbare de expenſis quia opifices
ſunt mortui nec ipſe ſciuit ſcripturaꝫ nec
librū facere quid erit fiendūz. dicit idem
bal.ꝙ uocandi ſunt duo ꝉ tres opifices
in illa arte periti qui opus illud uideant
⁊ diligentᷣ examinēt ⁊ extimēt quātum
materie ⁊ operaꝝ in ipſa capella cōſtruēda
interueniſſe potuit. nam ex q̄litate opis
⁊ tēporis adhibiti ꝓſumitᷣ quātitas ipiꝰ
expēſe.ar.in auc̄.de non alie.§.quod autē.
Et nō ſm eum ꝙ alio ñ apparēte ꝓſumitᷣ
opus ab ipſo executore factū ar.l.ſi.C.d
ali.pu.preſtan.⁊ ibi per bar. Poſtre/
mo queritᷣ pluribꝰ datis executoribꝰ ſi
omnes ꝉ unus deceſſerit ad quē ipſiꝰ de
functi executoris defertᷣ poteſtas. dic ut
plene nō ſpecu.in dicto.§.nunc aliqua.vˢ
ſed ſi aliť ex duobus.que diſputatio ho
die eſt ſopita per ea que habentur ⁊ no
tantur in.c.ſi.de teſta.libro vi.ꝛc.

# Anologiſtas et

ſine inuētarij cōfectiōe. Aduerte ꝙ hⁱ
uerbū anologiſta eſt vbum grecū ⁊ eius
ſignificatū eſt ſm latinos ut exponatᷣ id
eſt ſine ratiōe reddenda ut traditur in.l.
quidam decedēs.in ꝓn.ff.de admi.tu.per
quod pōt ꝯp̄hēdi ꝙ greca lingua ē bre/
uior q̄ʒ latīa imo dulcior ⁊ lōge facūdior
q̄ʒ ſit latina.cuius ratio eſt quia apd̄ gre/
cos eſt maior copia uocabuloꝝ q̄ʒ apud
latinos. vnde hic aduerte ꝙ licet teſtōr
liberet tutorē uel executorē a ratiōe red
denda nō ideo tamen ſunt penitꝰ excuſa/
ti quo minus ea que penes ſe extēt de bo
nis pauperꝝ aut que dolo poſſidere deſie/
runt reſtitutionē facere ac de eis reddere
rationē ꝯpellūtur imo ſi ipſe teſtator tu/
tori legauit quidqd ꝑ eum deberi ꝯtigēit
occaſione ipſiꝰ tutele adminiſtrate tale
legatuz non extenditᷣ ad doloſe cōmiſſa
uel apud ſe extāta uꝉ retēta ut in dicta.l.
quidā decedēs.in ꝓn.ad quod facit.l.non
ſolum.la.ij.§.ij.⁊.§ pe. ⁊ in.l. aurelio.§.ſi.
ff.de liber.le.⁊ nō.ꝑ gl.in.l.cū neceſſitate
C.de fideicō.Et pōt eſſe ratio ꝙ reddere
hanc rationē introductuz eſt ꝓncipaliter
fauore pupilli ꝉ adulti ideoqꝫ abſolute
non uidetᷣ ꝑ teſtatorē remitti poſſe ar.l.
ſcire.C.ut in poſſeſſ.le.⁊.l.i.C.de uſufruc
fact.l.nemo pōt.ff.de le.i.⁊ ꝓbatᷣ in dcā
l.quidā decedēs.in vˢi.nemo. Idēqꝫ cre/
derē in uſufructuario cui facta ē ꝑ teſta/
torē liberatio a ratiōe reddēda nam cum
uti debeat ſalua rerū ſbā tenetᷣ finito uſu
fructu de ꝓprietate rationē ⁊ reſtitutiōez
facere nō obſtante illa liberatione ar.d.l.
ſcire.⁊ d.l.i.cum ibi nō.C.de uſufruct. et
quia non minus aſtringitᷣ uſufructuariꝰ
ſalua facere bona domini proprietarij q̄ʒ
ipſe tutor bona pupilli.

# Cum debita ſolē

nitate īuentariū. Hic notandū eſt ꝙ
regularitᷣ quilibet tutor uel curator tēᷣ
īuentariū facere ut ſup̄ plene nō. facit.l.
tutor qui repertoriū.ff.de admi.tu. aliť de/
negatᷣ ſibi adminiſtratio tamē ſi fuērit ſibi
ꝑ teſtōrem remiſſio facta excuſatur ut in
l.ſi.C. arbi.tute. licet ſi uelit poſſit illud
facere cum ſibi liceat huic fauori ⁊ remiſ
ſioni renūtiare ut in.l.ſi iudex.ff.de mino
⁊.l.ſi quis ī ꝯſcribendo.C.de pac. Ad/
uerte tamē ꝙ licet talis tutor excuſetᷣ ſi
nō faciat īuentariū fortaſſe tamen ne res
pupillares cadāt in ſiniſtrū poterit iudex
ex officio ſuo facere quandā ſcriptionem
bonoꝝ ipſoꝝ ſicut in ſi.dicitᷣ ⁊ nō ꝑ doc.
in.l.facultas.C. de iur.fiſ.li.x. ⁊ ꝑ bar.in
l.i.§.eligitᷣ.ff.de ven.in poſ.mit.⁊ facit.l.i
§.ꝙ ſi fūdū.⁊ ſcripſi ſup̄ forma ſacmēti
cum enim talis tutor teneatᷣ reliq̄ reſti/
tuere ⁊ q̄ dolo ſui deꝑdita ſūt ut.s.dcē ē
quomodo de his ratio redderetᷣ ſi aliq̄

bonorum memoria non exiſtit.

## ¶ Ad etatem xviii.

annorū ⁊c. ¶ Tutela finitur in maſculo
in xiiij. an. in femina in xij. inſti. qui. mo.
tu fini. poſt ṗn. C. quando tu. uel. cu. eſſe
deſi. l. fi. vnde ꝓcedendo in adminiſtratiōe
ultra id tempus hoc faciet tanꝗ curator
cuius officium durat uſqꝫ ad xxv. annos
ipſi⁹ adulti inſti. de cur. in ṗn. cuꝫ ibi nō.
⁊ ſic unus ⁊ idem poteſt ſimul diuerſis
tēporibus eſſe eiuſdē pſone tutor ⁊ cur.
nialiter iudicis arbitrio de iure cōi ueni
ent puniendi ut in. l. ita uulneratus in fi
ad. l. acquil. nec ob. l. itē mella. § ſi pluēs

ff.ad.l.acquil'.q' ſʒ eũ loquit' q̃ñ ciuilit'
agitur ad emendationẽ dãni ſerui occiſi
hic aũt cũ agit' criminalit' ad penam cor
poralẽ et oẽ homicidij ubi debẽt ꝓbatio
nes eſſe luce meridiana clariores ut in.l.
ſciant.C.de proba.et quo cãu nemo con
demnandus eſt ex preſũptionibꝰ.ut in.l
abſẽtem.in fi.ff.de penis.pro qua opi.eſt
glo.in.d.§.ſi plures.Bart. uero et Dy.
et Cy.ubi.ſ.et Inno.in.c. ſignificaſti. de
homic.ſic diſtinguũt.aut oẽs habebant
ꝓpoſitum ɔmittendi homicidium aut
unus tantum uel nullus. p̃ cãu de iure
cõi ſm qd magis attenditur animus q̃
actus fci tenent' oẽs de occiſo ut in.d.l.
ſi is quis cum telo.cum ſi.et intelligam
eos fuiſſe talis ꝓpoſiti maxĩe ſi clamabãt
ad mortem ad mortem. ut fecerũt iudei
cont' xp̃m quod ſe' Inno.in.d.c.ſignifica
ſti.ð iure aũt ſtatutoꝝ Italie ſm quod
attendit' factũ et nõ ꝓpoſitũ ut predcm̃
eſt.ẽ diſtinguẽdũ ut.ĩ.ꝓxime. z'. cãu q̃ñ
unus tm̃ uel nullus erat ꝓpoſiti homici
dium ɔmittendi tũc ɔtemplari dẽt ictꝰ
cuiuſcũq; per ſe et ſi quidẽ apparuerit cꝰ
ictu uł pcuſſione ſit mortuus ille ſolus
de occiſo principalit' tenebitur.alij uero
poterũt condẽnari de ope et auxilio p̃ſti
to ad homicidium ɔmittendũ ſm eũ ut
l.in actione.§.ope.cum ſi.ff.de fur. ac etiã
de uulnerato et coadiuuatione ut.l.iij.ff
ad.l.iul'.de ui priua.Si uero nõ apparet
cuiꝰ ictu fuerit mortuus tũc aduertẽdũ
q' hoc põt ɔtingere dupliciť. uno modo
q' nullum uulnus erat per ſe mortale. ſi
oĩa ſimul ɔiuncta faciũt uulnꝰ eſſe mor
tale et hoc cãu puniunt' oẽs de occiſo q'
uez eſt dicere oẽs occidiſſe ut in.l. item
mella.§.ſi plures trabem.ff.ad.l. acquil'.
et in.l.ita uulneratus.in fi.ff.eo.ti.ar.in.l
ſi plures.ff.arbo.fur.ceſ.qd ſequit' Inn
in.d.c.ſignificaſti.alio modo ɔtingit nõ
apparere de perſona que intulit uulnus
mortale ſi nõ conſtat unum ſolũ eſſe uul
nus mortale et alia eſſe non mortalia et
tunc ꝓpter ignorantiã pſone que ĩtulit
uulnus illud mortale preſumit' oẽs ſic
uulneraſſe ſm Bar.et per ɔſequẽs tenẽ
tur oẽs de occiſo et ſic intelligit'.d.l.itẽ
mella.§.ſi plures trabem.et.§.ſed ſi plu
res.z'. & ſicut in ſimili dicit' q̃ñ plures
ſimul deceſſerũt et ignorat' de ordine q'
preſumit' oẽs in dubio pariter deceſſiſſe
ut in.l.ſi iter uiꝝ.et.l.ſed de illo.ff.de re
dub.quam opinionẽ in iſto cãu ſequit'

Dy.et Cy.ubi ſupra.ſi re uera opi.Alb.
eſt equior q' in dubijs eſt inclinandum
ĩ benignioreʒ partẽ ut in.l.benignius.ff.
de legi.maxĩe in penis ut in.l.ſi de inter
pretatione.ff.de penis.licet pro pori opi
faciat tex.in.c.ſignificaſti.in.v'.q' ſi diſcer
ni.Sed pone ſtatuto cauetur q' uilla te
neat' cape homicidam qd ſi nõ fecerit tẽ
ſoluat pro pena flori.mille.accidit q' plu
res homines occiderũt ſimul aliquẽ qui
capi nõ potuerũt uel capti nõ ſũt q̃ritur
an uilla teneat' ſoluere ꝓ ſingulis eoꝝ
flori.mille et quidẽ Dy.ut refert Bar.
in dicta.l.ſi in rixa.determinat q' nõ ſed
ſufficit una pena pro oĩbus nam ipi oẽs
pro uno reputant' ſm Bar. q̃ñ ex facto
eoꝝ alius dbet teneri puta cõe ſeu uilla
ut in.l.ſi cum exhibuiſſent.§.fi.ff.de pub
et.l.i.et per totũ.ff. ſi fa.fur.fe. dicat'.et
licet ſtatutũ loquat' in ſingulari qui tm̃
ſermo ille indefinite ꝓfertur ułi ſmoni
equiparat' ſicq; reſoluitur in plurali ut
ſit ſenſus ſi oẽs homicidas nõ ceperit ar.
in.l.ſi plures.ff.de le.iij. et.l. ſi pluribus
de le.ij. per quod ſequit' q' uno ſolo ex
homicidis capto et ſibi capite detrũcato
q' cõe ſeu uilla liberabit' ſi alios homi
cidas ñ ceperit q' q̃tũ ad liberandũ uillã
ſufficit ꝓ homicidio q' alter eoꝝ penam
impoſitã patiat' licet cõtrariũ faciat ille ꝟ
boꝝ ſenſus dũ dicat' ſi oẽs homicidas
nõ ceperit qui requirere uidet' omnium
ſimul ɔcurſũ ar.in.l.fi.ff.ð ĩ ius uoca. ut
eant.⁊ in.l.ſeruus.§.ſi pluriũ ſi quis cau
cum ibi nõ. ¶ Et ex his decíditur etiaʒ
alia qo.unus preſtitit opem et auxilium
tribꝰ perſonis ad ɔmittendũ aliqd male
ficiũ ſeu homicidium nũquid iſte punie
tur pro ſingulis eoꝝ ac ſi ſepatim uni
cuiq; opem preſtitiſſet et auxilium. Et
breuiter ſm Dy.debet ſolũ puniri una
pena pro oĩbus per rõem predictã et eo
dem mõ puniendus eſſet unica pena tm̃
pro oĩbus ille qui mandaſſet uulnerari
uel occidi unum uel plures pſonas.nam
iſte perſone plures pro una ſola reputã
tur per rões predictas ſm Bar.in.d.l.ſi
in rixa.Quid aũt in cãu econũſo ſi plu
res pſone deliquerũt in unam pſonam
tm̃ an ipi oẽs debeant una pena coiť uel
diuerſis penis ſingularit' puniri dic ut
ſup̃ dixi que diſputatio ð q̃ ſup̃ ꝓcedit
q̃ñ erant plures delinquẽtes ñ officiales
ubi aũt eſſent officiales tũc oẽs ꝛputãt'
pro uno q̃ñ delinquunt in his q̃ ꝑtinẽt

ad officiū eoꝝ et ſic oēs ſimul una pena
puniant̄ ut habet̄ in.l.ſi multi.ff.de pu
bli.et.l.in tres.ff.de admi.tu. ¶Rurſuȝ
q̄rit̄ pone ꝙ unus alium percuſſit unico
ictu pluribꝫ ꝑcuſſionibus puta cū bidē
te uel tridente an ꝑcuſſoꝛ ſit puniendus
ꝓ ſingulis percuſſionibꝫ.Bar.diſtiguit
i.l.ſenatus.ff.de accu.⁊ plenius in l.ſi ge
mina arboꝛ.ff.ar.fur.ceſ.et in.l.nūq̄ plu
ra.ff.de priua delic.aliq̄n lex uel ſtatutū
punit actū criminoſū prout ab agente i
fertur ſim̄ et indetermiate uerbi gratia
ſi diſponat ſtatutū hoc modo. ſi quis ſa
gittauerit per ciuitatem uel ſi quis extr
erit gladium in platea puniat̄ tali pena
et tē ſi unico actu ſagittauerit plures ſa
gittas uel extrerit plures gladios puni
endus eſt pro unico delicto ⁊ unica pena
tm̄ ar.l.tria onera.ff.de execu.tu.aliquan
do lex punit actum criminoſū deteriate
reſpectu pſone patientis uerbi gr̄a dicit
ſtatutū ſi quis percuſſerit aliquā perſōȝ
puniatur in tm̄.et h̄ cāu conſidera ꝙ ſi
ex eodem actu criminoſo reſultant duo
tituli criminis ſe inuicem habentes tāq̄
genus ⁊ ſpēs ſicut eſt homicidium ⁊ pa
ricidium.nam paricidiū eſt ſpēs homici
dij et tūc punitur paricidium omittens
una tm̄ pena et unā lege ut in.d.l.ſenat⁹
ff.de accu.et eodem mō ſi unum crimen
ſit pars alterius uere uel preſūptiue ut
ſūt arma ad percuſſionē uel inſultum et
emanatio ad ꝑcuſſionem.Idem ſi unum
crimē in alio ꝯfūdatur uerbi gr̄a quādo
ex una ꝑcuſſione uel pluribꝫ ſtati ſequi
homicidiuȝ.nam pro ſolo homicidio pu
niet̄ delinquēs et in alijs precedentibꝫ
caſibꝫ etiā ꝓ uno ſolo delicto punietur
ut determinat glo.i.l.qui de crimine.C.
de accu.et ibi per Cy.in quarta q̄ōe ⁊ ꝑ
Bar.in l.nunq̄ plura.ff.de priua.delic.
pro quo fac.l.illud.in fi.ff.ad.l.acquil.⁊
nō.per Bar.in.l.libelloꝝ.et i.d.l.ſenat⁹.
ff.de accu.aut ex eodem facto reſultant
duo crimina quoꝝ unum nō eſt ꝑs alte
rius nec alteꝝ confundit̄ i alio ſed ſe ha
bēt ut ſpēs ſepate puta uerba iniurioſa
cum ꝑcuſſione et tūc pro oībus puniet̄
ut in.l.ſi adulteriū cū inceſtu.ff.de adul.
nam regulariter actus criminoſi ſūt con
ſiderandi reſpcū patientis ut.l.i.i fi.ff.de
iuri.et.l.q̄m multa.C.ad.l.iul.d ui pub
ꝙ ex illis plures reſultant effectus ut i
d.l.nunq̄ plura.Ideoq̄ in ꝓpoita q̄ōne
cum quis aliuȝ ꝑcuſſit cum tridēte plu
ribus ꝑcuſſionibꝫ nec ex eis ſtati ſecutū
eſt homicidium ſtatiȝ punietur pro plu
ribꝫ ꝑcuſſionibus ar.in.l.titia.in fi.et in
l.pluribus.in pri.ff.de uer.ob.et idē erit
ſm eū ſi unico actu et inſtrō facte ſunt
plures eidem pſone ꝑcuſſiones in diuer
ſis mēbris uerbi gr̄a ſi cum enſe qs uni
co ictu ſit ꝑcuſſus in capite et in manu
uel ſi debilitati ſunt et uulnerati plu-
res articuli eiuſdem membri puta duo
uel tres digiti eiuſdem manus.nam pro
pluribus percuſſionibꝫ ꝑcuſſus puniet̄
ar.in.l.de pupillo.§.ſi quis nunciat.ff.de
no.op.nunci.et.l.ſi ſeruus ſeruū.§.rupiſ
ſe.ff.ad.l.acquil.imo qd̄ amplius ē ſm
eū.et ſi ꝑcuſſio facta ſit in uno loco ⁊ ca
ro putrefacta ſit aperta in alio loco puni
etur delinquēs pluribꝫ percuſſionibus
ar.l.ſi ſeruus ſeruū.§.ſi nulli.ff.ad.l.acq̄l.
Ex quibus decidit̄ illa qō ſi quis uico
actu dixerit alicui plures iniurias ul̄ de
derit plures alapas.an pro oībus ſit pu
niendus ubi dicit̄ ꝙ ſic licet teneat̄ ſil̄
oēs ꝓponere in eodem libello et nō in di
uſis ut habet̄ in.l.pretoꝛ edixit.§.ſi plu
res.al̄ ſi uero plures.ff.de iniuri.facit.l.
nunq̄ plura.ff.de priua.delict.et nō.per
Bar.in dicto.§.ſi plures.et per.Cy.in.l.
ſi nō ꝯuitij.C.de iniuri.⁊ per Bar.i.l.itē
apud labeonē.in.§.ꝯuitiū.ff.de iniuri.Sȝ
quid erit ſi in eodem loco coꝛporis quis
fuerit pluries ab eadem pſona ꝑcuſſus
an percuſſoꝛ punietur ꝓ pluribꝫ uulneri
bus an pro uno tm̄ br̄ diſtingue ſm euȝ
aut ſtatutū imponit penam ꝓ uulnere ſi
pro percuſſione.ꝑmo cāu cum ſit unicū
uulnus licet ampliatū ex multiplicatio
ne ictuum punietur ſolum ꝓ uno uulnē
2°.aūt cāu punietur pro pluribꝫ cū ſint
plures act⁹ percutiēdi ut i.d.l.nūq̄ plu
ra.Quid aūt dices qñ un⁹ ꝯmittit deli
ctū in pluribꝫ uel plures in pluribꝫ qua
liter fiet punitio dic ut nō.Bar.in.l.ij.
§.ſi ad plures.ff.de ſep.vio.Qñ autem
plura delicta ꝯmittunt̄ circa reȝ aliquā
nō.per eūdeȝ Bar.in.l.inficiādo.§.īfans
ff.de fur.Qñq̄ ꝯmittunt̄ plura delicta
nō facto ſed ūbo et de his uide qd̄ ꝑ eū
nō.in.l.item apud labeonē.§.ꝯuiciū.ff.de
iniuri.¶Alīo ex ꝑdictis colligi pōt de-
ciſio etiā ad aliam q̄ōem que his tꝑibꝫ
ſepius de facto occurrit.Ecce ꝙ aliquis
ꝯgregauit gentes ad capiendū aliquod
caſtꝝ uillam uel ciuitatē uel aliā poſſeſ-
ſionē et in tali inſultu uel rixa aliquis

de ciuitate uel terra occiſus eſt. ¶ Queritur
nūquid oēs teneantur de occiſo uel ille ſo
lus qui occidit ſi de eo conſtet et uidetur
q̄ ille ſolus tã ſm opi. Alberti q̄ Dy.
et alioꝝ ut ſupra dictū eſt. Incontrium
q̄ oēs teneantur uel ſaltem ille q gentes
coadunauit ſimul cū ipſo percuſſore faci
unt que hētur in tex. et per Cy. in. l. qm̄
multa. C. ad. l. iul. de ui pub. uel priua. ⁊
ſic in dubio ſi iuſtitia uires haberet mul
toꝝ capita eſſent truncanda. Nec ob. di
ſputatio et opīo Alber. et ſequa. q̄ loqꝰ
qn̄ homicidiūm eſt cōmiſſū ſine ꝓpoito ł
coadiuuatione inuadendi alterius locū
uel poſſeſſionē ſed ſimplici ꝓpoito offerē
di perſonā. unde ſequitur q̄ grauius eſt de
lictū locum alienū inuadē q̄ perſonam
quod nō.

## ¶ Una percuſſióe

in capite. ¶ Aduerte q̄ in accuſatioē ⁊
inquiſitione debet exprimi locus uulne
rū et qualitas eius et alia de quibꝰ nō.
in. d. l. libelloꝝ. de accu. et ibi. Bar.

## ¶ Ex quibus per

cuſſioibꝰ id albertꝰ mortuꝰ ē. ¶ Queri
tur an in dubio preſumatur mortuus ex
uulneribꝰ ubi ſic diſtingue. aut pcuſſus
mortuus eſt īfra paucos dies pꝰ uulnꝰ
illatum. aut poſt longū tps. pmo cāu p̄
ſumitur eſſe mortuus ex eo uulnere z°. nō
ut nō. in glo. in. c. ij. ex. de cle. percuſſo. in
quo tn̄ ſtandū eſt iudicio medicoꝝ uniꝰ
uel plurīū ſi haberi pnt ut in. l. ſemel. C.
de re mili. li. xij. et ibi per Bar. ⁊ in. c. ſig
ficaſti. de homi. et nō. per Bar. i. d. l. ſi in
rixa. ff. de ſicca. Sz q̄ dicit breue uel lō
gum tps dicunt coiter medici ſi moriatur
infra. xl. dies a tpe uulneri. illati tūc dr̄
et preſumitur mortuus ex uulneribꝰ alˢ
aūt preſumitur mortuus ex ſuo malo re
gimine et q̄ circa ꝑteſtationes medicoꝝ
ſolent cōmitti fraudes cū multi corrupti
pecunia uel grā ꝑteſtentur cont ueritatē
ꝓ tanto in aliquibꝰ locis ꝓuiſū eſt ⁊ de
claratum eſt q̄ ſi uulneratus deceſſerit
infra tot dies preſumatur ex uulneribus
fore mortuus al' ſecus.

## ¶ Furto et per

furtum ſubtraxerūt. ¶ Debes ſcire q̄
moderno tpe et tpe mortis citra magni
ducis mediolanī. fuerūt et ſūt plures fu
res q̄ unq̄ fuerūt q̄ de mille nouē cētū
uiuunt d̄ furtis rapinis latrocinijs ⁊ ro
barijs. Qd̄ quidē furtū eſt cont ius di
uinū et humanū ut nō. in. l. i. in fi. ff. de
fur. Eſt aūt furtū contractatō rei aliene
fraudaloſa inuito dn̄o aīo lucrandi ut i
d. § fi. et cōmittitur hoc furtū in rebus mo
bilibus tm̄ nō aūt in imobilibꝰ ut in. l.
ueꝝ eſt. ff. de fur. Sciendū p̄terea eſt q̄
furtū aliqn̄ incipit a delicto ſimˢ ut pū
cum quis clam ingreſſus domū alterius
pecuniam ſubtraxerit ul' quid ſimile. ali
qn̄ incipit a contractu et inde cōuertitur i
delictū ut puta ſi depoſitarius uel cōmo
datariꝰ utitur re ad alium uſū. ut. l. re q̄
ſibi cōmodata. et. l. fullo. i prin. et. l. ſi pi
gnore. in prin. et. l. qui iumēta. cū ſi. ff. de
fur. facit qd̄ habetur in. § itaq3. et in. § pla
cuit. inſti. de obli. et quaſi maleſi. pena āt
furti de iure cōi. ē hoˢ ētozdiaria arbitrio
iudicis tam pecunialit q̄ corpaliter im
ponēda ita tn̄ q̄ de furto nemo morti nᵉ
abſciſioni mēbri tradatur ut i auc. ſi nouo
iure. C. de ſer. fug. ut ibi nō. niſi ſit fur fa
moſus qui dz furca ſuſpendi. ff. de penis
uel niſi furando pacem ruperit quo cāu
pro furto quinq3 ſolidoꝝ pōt furca ſu
ſpendi ut in li. feud. ti. de pace iura fir. c. i
§ ſi quis quinq3 ſolido. et nō. per doc. i. d
auc. ſed nouo iur. verūtn̄ ex forma ſtatu
toꝝ totius Italie et oium ꝓuincarum
aliter eſt ſup furtis et alijs criminibꝰ ꝓ
uiſū quibꝰ ſtatutī eſt deſeruiendū ut in
l. oēs populi. ff. de iuſti. et iure. Quomō
tn̄ modo quis cōdemnetur de furto ſiue pe
cunialiter ſiue corpaliter ſiue leui culpa
ſiue graui vel magna eſt infamis ut. l. nō
poterit. ff. de fur. ⁊ hoc de iure cōi qn̄ pro
ceſſū eſt cont furem per accuſationem ⁊
cōdēnationē. et ſm formā iuris cois. ubi
aūt eſſet cōdemnatꝰ ſm formā ſtatutoꝝ
vel per uiam inquiſitionis cont eū for
mate ut fieri uidemꝰ cott. die tūc cōiie
ſūt opi. glo. et doc. ut refert Bar. in dcā
l. infamē. ff. de pub. iudi. nam dicūt qdā
q̄ nec aliqs cōdemnatꝰ publico iudicio
per inqſitionem infamis efficitur ut nō. p
glo. in. l. iij. § p̄terea. ff. de ſuſpec. tu. ⁊ in. l
fi. C. eo ti. et ibi per Cy. nec etiā dānatꝰ
ex forma ſtatutoꝝ et ſic per conditionē
ex. l. q̄ nulla cōditio habet ifirmare vt. l.
ceſſat. ff. de ac. et obli. cū ſi. Bar. aūt in. d
l. infamem. Oldra. et Andre. de piſ. tnt
contra. q̄ cū inqſitio ex forma ſtatutoꝝ
ſit remediū ordinariū vt. ſ. dcm̄ eſt ⁊ ſuc
cedit in locū accuſationis ſapiet eiꝰ nā3

ar.in.l.ſi eũ.§.q iniuriaꝝ.ff. ſi qs.cau. cũ
ſi.eſt enĩ dicere eũ qui damnatus eſt per
inquiſitõnẽ fore damnatũ publico iudi
cio ergo habet locũ legis diſpõ de qua i
l.i.ff.de his qui nõ.infa. et eadem rõe di
cit Bar.in dãnato ex forma ſtatuti qui
infamis efficitur ꝙ nõ ordo uel modus
ꝓceſſus ſed rei effectus dꝫ attendi ut in
l.ordo.ff.de pub.iudi.ꝺ hac mã ĩfaĩe ple
nius uide per Bar.in.d.l.infamie.

## Florenos centũ

¶ Uides hic ꝙ plures res furate fue
rũt.unde querit̃ an tot ſũt furta q̃t ſũt
res.et in h̃ ſic diſtingue.aut plures res
furant̃ uno et eodem tp̃e et tunc dicit̃
unũ furtum tñ pro oĩbus rebꝫ et non
plura furta ut habet̃ in.l.eũ qui.§.idem
dicit.⁊ ibi nõ.per Bar.ff.de fur.aut plu
res res fuerunt diuerſis tp̃ibus furate
et tũc quot erũt res tot erũt furta ut in
d.l.eũ q.§.pompoꝰ tractat.quod nõ.ꝓpt̃
ſtatuta que diſponunt ꝙ pro quolibet
furto ꝯdemnet̃ fur in tanta pena.

## Contractando

⁊ amouẽdo de loco ad locum.¶ Nõ.ꝙ
hec contrectatio eſt de ſſña furti q̃ ceſſante
furtũ nõ ꝯmittit̃ ꝙ ſola cogitatione u
boqꝫ uel alio ſimplici actu nõ ꝯmittitur
furtũ niſi ſecuta amotione et portatioẽ
rei de loco ad locum ut in.l.i.§.ſola cogi
tatio.et.l.ſi quis uxori.§.neqꝫ uerbo.ff.ꝺ
furti.¶ Sꝫ nũquid q̃t interueniũt contr̃
ctationes tot ꝯmittunt̃ furta.uerbi grã
fur rem furtiuã contractauit placẽtie de
inde cremone deinde ferrarie ⁊ poſtea fu
git an puniet̃ pro oĩbus ꝯtractationibꝫ
eiuſdem rei.uidet̃ ꝙ nõ per tex.in.l.ei q
furti.in prin.ff.de fur.et per h̃ patet ꝙ ſi
fur ꝯmiſit furtũ in ciuitate Papie ⁊ pꝰ
ea rem furtiuã ꝯtractauit Mediolani ⁊
ibi repiatur cũ re furata ꝙ ptãs Medi
olani nõ poſſit eũ punire ut in.d.l.eũ q.
Incontrariũ tñ deteriat Bar.in.l.ſi dñiũ
ff.de fur.et hoc tali rõne ex mutatioẽ no
ui dñij rei ſubtracte naſcitur noua actio
furti et ſequẽti ꝯtrctatioẽ ipi nouo dño
ut dcã.l.ſi dñium et.l.inter oẽs.§.fi.ff.ꝺ
fur.g̃ pari rõne ex mutatione noui terri
torij et noua contractatione dꝫ naſci no
ua actio furti ad uindictã publicaꝫ ſicqꝫ
ibi ſm eũ poterit puniri que opi.lꝫ ſit eq̃
ut ꝯpeſcant̃ delinquẽtiũ maleficia tamẽ
nõ eſt coĩs nec per modernos ꝺ iuri ſub

tilitate approbata de qua qõe tangit̃ per
Ban.in ti.que ſit pena furibꝫ ĩponenda
x.ſed iteꝝ pone.¶ Deinde quero ſm
Bandi.i ti.preal.Ecce dũ boues mei da
rent dãnum in pratis Gaij ipſe Gaius
dictos boues meos ſua auctẽ cepit ⁊ ad
domum ſuam eos duxit contr̃ meã uolũ
tatem detinẽdo queritur an poſſũ ipſuꝫ
accuſare de furto deter.ꝙ nõ ſm Mar.
de fano.ꝙ furtũ ſine aĩo doloſo furandi
et lucrandi nõ fit.ut.d.l.i.in fi.ff.de fur.
et in.d.l.ſi quis uxori.§ cuꝫ creditore.ff.
ad.l.acquil̃.l.ſi quis.§.fi.et ꝯſuetudo ad
mittit talẽ detentationẽ uſqꝫ ad emendã
damni.ſicqꝫ peccare nõ dicit̃ qꝺ fit ꝯſue
tudine approbata.ar.l.quid ſit fugitiuꝰ.
§.apud labeonẽ.ff.de edi.edic.et in.l.ſciẽ
oportet.§ lutiꝰ.ff.ꝺ admi.tu.⁊.l.i.in fi.ff.
de uen.inſpi.

## Preter ⁊ cõtra

uoluntatẽ dicti Jacobi.¶ Aduerte ꝙ
in dubio ſemꝑ preſumit̃ ꝙ dñs fuerit i
uitus et contr̃ uoluntatẽ eius fuerit res
ſubtracta ut in.l.qui uas.§.uitare.ff.de
fur.et nõ.per glo.in.l.inter oẽs.in.§.recte
ff.de fur.Quid ergo ſi formato proceſſu
inquiſitionis per iudicem contr̃ fureꝫ ue
niat dñs rei furate coram iudice ⁊ dicat
et ꝓteſtat̃ ꝙ ipſe accepit rem ipſaꝫ de eiꝰ
ꝯſenſu et uoluntate an liberabit̃ fur et
circũducet̃ ꝓceſſus uidet̃ ꝙ ſic ꝙ ſciẽti
et uolẽti nõ fit iniuria nec dolus ut.l.cũ
donationis.C.de tranſ.et ꝓbat̃ per tex.i
d.§.recte.quã ſñiam diſputando tenuit
Jaco.bu.et hoc ꝙ iq̃ſitio et officiũ iudi
cis ſuccedit in locũ accuſationis partis
ut in.l.ſi ob cãm.C.de euic.unde ceſſãte
accuſatione et partis uoluntate dꝫ ceſſa
re iudicis officiũ in tali inquiſitioẽ.Sꝫ
Bar.in.d.§ recte.nõ approbat hanc opi.
ꝙ ſequeret̃ abſurdũ ꝙ eſſet in ptãte dñi
liberare uel nõ ipm furem.unde ſm euꝫ
ꝯſiderandũ eſt ꝙ ex furto et quocũqꝫ aº
delicto naſcunt̃ due obligatiões et duo
iura unum perſone dãnum uel iniuriaꝫ
ſeu furtũ paſſe aliud rei publice cuiꝰ in
tereſt ne delicta remaneant impunita ut
l.licitatio.§.qꝺ illicite.ff.de publica.et.l
ita uulneratus.in fi.ff.ad.l.acquil̃.et.l.i.
§.merito.in fi.ff.de poſi.unde licet ius ꝑ
tis remittatur per hanc proteſtatiõꝫ nõ
tñ remittit̃ ius rei publice ſicut ꝯfeſſio
uel proteſtatio uel ſerui non nocet patri
uł dño niſi appareant aliq̃ lĩma indicia

inquiſitio eſt officium iudicis

per que ꝺualidetur ipſa ꝯfeſſio ut in.l.
q̄ro.in fi.ff. ꝺe edi.edic.et.l.cum ꝓbatio.
ff.ꝺe.ꝓba.ita in ꝓpoito talis preſtatio ꝺo
mini nõ nocebit iuri publico niſi appare
ant aliqua idicia ꝓpter que ꝺici poſſit ꝙ
ꝯſenſũ et uoluntatẽ prebuerit ut vbi gͣ
tia ut ꝙ eſt eius ꝯſanguineus uel ꝓxim⁹
et amicus uel ꝯſuetus talia ꝯcedere ⁊ ſi.
quibus apparentibꝰ iudex nõ ꝓcedet ul
terius quod eſt nõdũ et babui ſemel ꝺ
facto.⁊ pro bac ꝺeterminatione facit qꝺ
babetᷣ in c.i.et.ij.eᷣ ꝺe collu. Sed pone
econuerſo ꝙ ꝺñs ꝺicat ſe nõ adbibuiſſe
ꝯſenſũ.fur aũt ꝺicat ꝙ credebat ſeipſuꝫ
ꝺñm permiſſuꝝ et ſic nõ ꝯmiſiſſe ꝺoloſe
furtum an excuſatus erit ipſe fur et ſue
aſſertioni in boc credatᷣ.glo.in.ꝺ.§.recte.
uidetᷣ tenere ꝙ ſic.ꝓ qua facit qꝺ nõ. per
glo.in.§.alie.inſti.ꝺe act. Alibi uero meli⁹
ꝺiſtinguunt glo.in.§.placuit.inſti.ꝺ ob
li.ex ꝺelic.aut fur babuit rem ipam ab
initio ꝺñi uoluntate et ſic furtũ incipit
a conſectu uerbi gͣ ꝙ rem ſibi ꝯmoda
uerat ut iret Mediolani et iuit Romã
et tũc eſt credendũ aſſertioni furis ꝺicen
tis ſe crediꝺiſſe ꝺñꝫ ꝓmiſſuꝝ.aut furtuꝫ
cepit a ſola ꝯtractatione et exportatione
et tũc nõ erit eius aſſertioni credendum
ꝙ contᷣ eũ eſt preſũptio iuri.cuꝫ nemo ui
deatᷣ ſua bona uelle iactare ſeu perdere
ut.l.cum ꝺe indebito.in fi.ff.ꝺe ꝓba.niſi
aliquibꝰ indicijs ꝯtrariũ appareat quod
ſequitᷣ Bar.in.ꝺ.§.recte.

## ¶ In domo dicti Ja

poſita in Papia. ¶ Nõ.ꝙ furtũ erat cõ
miſſum in ꝺomo in qua res erant furate
Quid ḡ ſi repte fuerũt ipe res ex ꝺomũ
puta in uia ut aliqñ accidit ꝙ ſaccul⁹ pe
cunie uel annulus aut corrigiũ auratum
cadit in terra et alius inde tranſiens illũ
accipit et in ſuos uſus cõuertit an fur
tum ꝯmittat ꝺiſtingue ut babetᷣ in tex.
nõ.in.l.falſus creditoꝛ.in.§.qui alienum.
ff.ꝺe fur. Deinde aduerte bic qñ iudex
uel ptãs Mediolañ.ꝓcedit ꝓ furto fcõ
in papia Qꝺ an facere poſſit ꝺici ſupꝛa
Unũ aũt aduerte ꝙ ſi rem furatã nõ ꝺe
tulit mediolanũ licet ſola perſona eius
repiatᷣ nõ poterit etiã ſm Bar.opi.ꝺe q̄
ſup̄ in mediolano puniri ꝙ in eo loco nᷣ
li interuenit noua ꝯtractatio et ſic ceſſa
re babꝫ rõ ipi⁹ Bar.qꝺ multũ nõ.

## ¶ Anno preſẽti mẽ

ſe maij. ¶ Hoc tps iõ ponitᷣ ꝙ in crïali
bus cãis tps ꝺelicti ꝯmiſſi.ſ.annus ⁊ mẽ
ſis nõ aũt ꝺies apponi ꝺebẽt in accuſa.et
inquiſitione ut in.l.libelloꝝ.ff. ꝺe accu.
et ibi plene per Bar.niſi forte ꝓ ꝺici o
miſſiõꝫ reo auferreretᷣ ꝺefenſio ꝙ tũc co
geretur accuſatoꝛ ꝺieꝫ exprimere ꝺelicti
ꝯmiſſi ut ꝺeter. Bar.in.l. is qui reus.ff.
ꝺe pub.iudi.et in.l.ij.§ fi.ff. ꝺe eo ꝙ cer.
lo. Item tenetᷣ etiã ꝺiem exprimere ſm
Bar.ubi ſupꝛa. qñ ꝺelictum nõ unifoꝛ
miter eſſet puniibile in qualibet ꝺie ſed
ſolum in aliqua ꝺie puta nundinaꝝ uel
in feſto ſancte Marie et eodem mõ ꝺẽt
exprimi boꝛa qua ꝺelictuꝫ eſt ꝯmiſſũ qñ
nõ eſt unifoꝛmiter puniibile qualibet bo
ra.ar.in.l.eũ actũ.ff.ꝺe nego. geſ. et in.l.
actoꝛ.C.ꝺe ꝓba.et in.l.nõ ſolũ.§ ſed ut ꝓ
bari.ff.ꝺe no.op.nunci.ad quod facit.c.fi.
extra ꝺe reſcripti.in clemẽ.et in.l.i.§ fina
ff.ꝺe incen.ru.nau.ꝛc.

## ¶ In domo dicti Ja

¶ Ecce aliud ſbſtantiale quod eſt expri
mendũ in accuſatione et inqſitiõe viꝫ lo
cus in quo ꝺelictũ eſt ꝯmiſſũ ut in ꝺcã.l
libelloꝝ. Sed queritᷣ an locus loci ꝺẽat
exprimi puta in camera ꝺomus preꝺicte
ꝺiſtinguit Bar.ubi ſupꝛa. aut ꝺelictum
eſt equaliter puniibile in utroqꝫ loco et
tũc ſufficit generalẽ locũ exprimere viꝫ
ꝺomum ſim̄.ubi aũt nõ eſſet equaliter
ubiqꝫ puniibile.et tũc ꝺꝫ exprimi locus
loci pari rõne ſicut ꝺictũ eſt ſup̄ ꝺe boꝛa
et ꝺie.

## ¶ Cui coheret

ꝛc. ¶ Hic
nõ. ꝙ loc⁹
ꝺelicti ꝯmiſſi certificãꝺ⁹ ẽ ſaltẽ ꝑ ꝺuo cõ
finia ut.l.foꝛma.ff.ꝺ cenſ.niſi foꝛtaſſe lo
cus ipe eſſet notoꝛius ſm Bar. ubi ſup̄
ut uerbi gͣ pallatiũ ciuitatis uᷣ platea
cõis et eccleſia maioꝛ.ꝙ notoꝛia alia ꝺe
monſtratione nõ indigent ut.l.i.circa fi.
ff.ꝺe ꝺo.prele.et in.l.certũ.ff.ſi cer.pet.

## ¶ Contra formam

iuris et ſtatutoꝝ. ¶ Hic ꝺubitari põt
an utꝗꝫ pena tã iuris cõis ꝙ̄ ſtatutoꝛum
puniri poſſint in ꝺelinquẽtes et bᷣ bar.
in.ꝺ.l.ij.§.ſi publico.ff.ꝺe adulte.tꝫ ꝙ nõ
ſed in arbitrio iudicis reſiꝺebit iponere
quam penã uoluerit uel.l.cõis uel muni
cipalis ſicut accuſatoꝛ põt eligere quam
uiam uoluerit intentare uel iuri cõis uᷣ
mũicipalis ut per eũ nõ.i.l.ſanctio legũ

ff.de penis.et uide quod infra dicam in
glo. ſuper.ꝟ.debita forma iuri

¶ **Super quibus**
omnibꝫ. ¶ Hec eſt ↄcluſio inquiſitiõis
que tñ in cãis criminalibꝫ nõ eſt neceſſa
ria ẽm doc.ut nõ.Bar.in.d.§.ſi publica
et in.d.l.libelloꝝ.et per Cy.in.l.nec ex^m
C.ad.l.cor.de fal.et in.l.in cãis.C. de ac
cuſa.et eſt rõ ꝗꝛ lex ipſa ſupplet talẽ ↄclu
ſionẽ ut.l.i.in prin.ꝟſi.ſi aũt pnunciauit
ff.ad turpil.l; aliud ſit in ciuilibꝫ ut di
xi in ꝓ libello.et nõ.per doc.in.l.i.in prin
ff. de eden.

¶ **Ac ab eis depen**
dentibꝫ. ¶ Que dicũt̃ dependentia inci
dentia emergentia et ↄnexa.nõ.Spe.plẽ
in ti.de inciden.q ſni.et ꝑ doc. et glo.i.l.
iuſſit.ff.de re iu.li.et in.l.quotiens.C.de
iudi.⁊ in.l.i.C.de ordi.iudi.et ex̃ de ordi
cogni.c.i.et.ij.Et nõ ꝗꝛ bona eſt cautela
inſerere hanc clauſulã in inqſitione ꝓpt̃
multa que pñt incident̃ ↄcurrere ſuper
quibꝫ opponi poſſit ea omiſſa inqſitione
non extendi ⁊c.

¶ **Debita forma**
iuris. ¶ Iſte ẽmo forma iuri. eſt gñalis
et aptus referri tam ad ius municipale
ꝙ̃ ad ius cõe ut in.l.ꝑe.et.l.oẽs populi.ff
de iuſti.et iure.et in.§.conſtat.inſti.de iu.
na.gen.et ciui. Nũquid ꝰ poterit iudex
iſtos ↄ̃linquẽtes punire pena iuris cois
ac etiã municipalis dixi aliquid ſup̃.Sꝫ
nunc dicam latius dixerũt quidã ꝗꝛ nõ
ꝗꝛ ſenatus cenſuit ne qs pluribꝫ legibꝫ
reus fiat ut in.l.ſenatus.ff.de accu. Alij
dicũt ꝗꝛ utraqꝫ pena ligant̃ iſti delinquẽ
tes.ſi eſt in arbitrio iudicis iponere quaꝫ
uelit tñ una ipoſita ceſſat alia ut in.d.l.
ſenatus.et hanc opi.ſequit̃ Bar.in.d.§.
ſi publico.ut ſup̃ dixi.alij dicũt ꝗꝛ utꝗꝫ
põt imponi niſi ꝑ.l.municipalẽ fuerit.l.
cois correcta qꝺ tñ in dubio preſumitur
ẽm eos ar.ad hanc opi.in.l.qꝺ.ff. de acti.
et ob.et ibi nõ.alij latius et plenius ſic
diſtinguunt ut nõ.per Bar. in.l. ſanctio
legũ.ff.de penis.et per Cy.in.l.qui ſepul
chra.C.de ſepul.uio. Aut una pena ẽ ge
neralis et alia ſpecialis. aut utꝗꝫ pena eſt
ſpecialis. ꝓ cãu eſt diſtinguẽdũ aut pena
gñalis eſt incerta et arbitraria et tũc ſo
la ſpecialis pena erit iponẽda ꝗꝛ talis di
ſpoſitõ penalis incerta nõ extenditur ad
ſpecificata ſiue ſit diſpõ ſpecialis in eadẽ
lege uel diuerſis legibꝫ ut in.d.l.ſanctio
legũ.ẽꝫ lec.glo.aut utraqꝫ pena eſt certa
et tũc aut utraqꝫ pena iponitur in eadeꝫ
lege uel ſtatuto et tũc ſola ſpecialis ipo
nitur ꝗꝛ diſpõ gñalis ad ſpecificata non
trahitur ut in.d.l. ſanctio legũ. ẽm lect.
Dy.aut utraqꝫ pena ponit̃ in diuerſis le
gibus uel ſtatutis.et tũc aut una iponit̃
a lege alia imponit̃ ab hoĩe miniſterio le
gis ut qui eius arbitrio lex penam conce
dit imponi uel dicit iudex eũ puniat in
tanto et tũc una nõ tollit̃ per aliam ſed
ambe pene erũt imponẽde ar.l.nõ dubiũ
C.de legi.iuncta.l.iubemus.C.de ſa.ſan.
eccle.aut utraqꝫ pena eſt imponẽda ꝑ ho
minẽ et tũc inſpecta origine utraqꝫ pena
eſt in obligatione et impoſitione ſꝫ inſpe
cta executione ſufficit alterã imponi ut i
l.pretor edixit.§.i.ff.de iniuri.et in.l.ſena
tus.ff.de accu. aut utraqꝫ pena imponit̃
ꝑ.l.ſim^r ſine miniſterio hoĩs et tũc ſpcal̃
pena tñ erit imponẽda per dcãm regulã
generi ꝑ ſpẽm de qua tradit̃ ꝑ Dy.in.c.
gñi ꝑ ſpẽm.de re.iuri.li.vi. Sꝫ huic ĩpu
gnat tex.in.l.i.§.unde querit̃.ff.de publi
dic ut ibi.2º aũt cãu principali qñ utꝗꝫ
pena eſt ſpcal̃is tũc eſt i iudicis arbitrio
imponere quã uoluerit niſi lege cautum
eſſet ꝗꝛ utraqꝫ imponeret̃ uel appareret
ex aliquibꝫ preſũptioĩbꝫ et ↄiecturis ꝗꝛ
ſtatutum uoluerit corrigere ius cõe uel
ab eo diſcedere qꝺ in dubio preſumatur
quibus caſibꝫ ceſſaret pena iuri. cois et
locus eſſꝫ tantum pene iuri.municipalis
ꝑ ea que hñtur in.d.l.quotꝭ et nõ.ꝑ bar.
ubi ſupra.et in.l.i.ff.ui bo.rap.et ꝑ Cy.i
d.l.qui ſepulchra. Poſtremo circa huiꝰ
modi penas eſt ſciendũ ꝗꝛ duo principa
lit̃ ſunt gñа penaꝝ.qdã ſũt pene ordina
rie quedã exordinarie. ordiarie qdẽ pene
appellant̃ ille que habẽt a iure certaꝫ et
limitatã taxationẽ eiꝰ pene quã ſuſtinẽ
debet delinquẽs ꝓ ſuo delicto ut uerbi
grã ſi lege uel ſtatuto caueat̃ ꝗꝛ quicũqꝫ
fecerit uim publicam ſit pena deportati
onis uel qui ꝑcuſſerit aliquẽ ſit pena ab
ſciſioĩs manus uel alia pena etiã pecuni
aria puta libꝝ mille ut pꝫ i infinitis exẽ
plis diuerſaꝝ penaꝝ tam corporalium
ꝙ̃ pecuñaꝝ ut.ff.et.C.de pe.⁊.ff. et.C.ad
l.iul̃.mai.⁊ ad.l.iul̃.de ſicca.⁊ ad.l.iul̃.ↄ̃
ui.pub.⁊c.⁊ in ſtatutis oĩum ciuitatũ et
terraꝝ quaꝝ quidẽ penaꝝ nã et ↄditio ẽ
ut in eis augendis et diminuẽdis nullũ

arbitriū iudex habeat ut tradit̃ in.l.i.p⁹
prin.ᵐ ꝟſi.nam et papi⁹.ff.ad turpil. niſi
forte ex magna cā ſm ea que nō.per glo.
et doc.in.l.quid ergo.§.pena grauior.ff. ď
his que nō.infa.et ſi fortaſſe iudex ꝓnū
ciauerit ſup delicto tm̄ nec de pena aliqd
expreſſit tn̄ ſnīa tenebit lꝫ incerta q̄tuꝫ
ad penam fuerit cum lex ſit certa ď pena
iudicis defect⁹ ſupplet̃ per legem ut ha
bet̃ in.d.l.i.ꝟſi.ſin aūt. et ibi per Bart.
ff.ad turpil.pena uero extraordinaria appel
lat̃ illa que imponit̃ arbitrio iudicātis
ſup qua imponēda nulla repitur taxatio
uel limitatio facta ut ꝓbat̃ in.l.iij.§. pe.
ff.de cri.ſtel.que pena extraordinaria appella
tur ꝓprie et ſtricte mulcta ut habet̃ in.l.
aliud eſt fraus.§. inter mulctā.et in.l.ſi q̄
pena.ff.de uer.ſig.uerūtn̄ Bar.in.d.l.ſi q̄
pena.ad pleniorem cognitiōeꝫ huiuſmo
di penaꝝ tradit talem doctrinā ꝑ quam
ſm eū cognoſcit̃ que dicat̃ pena ⁊ que
mulcta dicit eni ꝙ ubicunqꝫ lege cōi uel
ſtatuto pena imponit̃ ꝓ delicto noīato
ut eſt furtum homicidium et ſil'ia. tunc
illa ꝓprie eſt pena ſiue ſit ordinaria ſiue
extraordinaria ut i.d.§.int̃ mulctam. ubi āt
imponitur pro alio crimine innoīato ut
ꝓ ꝯtumacia uel aliquo clamore et ſi.tūc
eſt ꝓprie mulcta. In haꝝ aūt penaꝝ extr.
ſeu mulctaꝝ īpoſitione debet iudex obſ
uare ꝯſuetudinē actenus in ſi. obſuataꝫ
ut.ſ.dici et habet̃ in.l.ſi quis reū. in fi.
ff.de cuſto.et exhi.reis.et nō. ꝑ glo. in.l.
hodie.et in.l.reſpicien̄.in prin.ᵒ.ff.de pēis
nec tn̄ credas ꝙ cuicūꝫ iudici liceat mul
ctam inducere nec q̄tum uoluerit impo
nere.iudex eni ſim' in cā delegata nō hēt
ius indicendi mulctaꝫ niſi ſup hoc hēat
ſpeciale mandatū ut.l.ij.in fi. ff.de iudi.
et in.d.§.inter mulctā. Qd̄ expreſſe det̃.
Bar.in.l.i.ff.ſi quis ius di. nō obtemp.
quod multū nō.pro iſtis iudicibꝫ quibꝫ
cottidie delegant̃ q̄ōnes. Incontrarium
tn̄ facit.l.fi.ff.de offi.eius cui man.ē iuri.
cuꝫ ſi. Sꝫ nec iudices ordi.pn̄t in q̄cūqꝫ
q̄titate mulctam imponere. nam fienda
eſt dr̄ia inter iudices maiores et mīores
et quidē maiores pn̄t magnas mulctas
imponere.iudices uero minores nō pn̄t
niſi paruas mulctas imponere ut.l.maio
res.C.de mō mulct.et in.l.defenſores.C.
de dfēſo.ciui.et ſic debet intelligi.l.i.ff.ſi
quis ius di.nō obtemp.cum ſi.ibi nōtis
¶ Sed circa predicta querit̃ de uno cot
tidiano viꝫ utꝝ eo ip̄o ꝙ pars citata nō
ꝯparuit poſſit ſtati a iudice mulctari abſꝫ
noua citatione dicit Bar.ꝙ nō imo ite
rū citandus eſt et eidem terminus aſſig̃
ri debet ad faciendū ſuā defenſionē cum
plures ſūt iuſte cāe quibꝫ excuſand⁹ eſt
ſi nō uenit ut ꝓbat̃ et ibi nō. ꝑ Barto
in.l.ex quacūqꝫ cā.ff.ſi quis in ius uo.nō
ierit.facit.l.ij.ff.ſi quis cau.cum ſi.

¶ **Trāſeat in exem**

plum. ¶ Sic ut pena unius metus ſit
alioꝝ ut habet̃ in.l.i.C.ad.l.iul'.repe.⁊
in.l.aut facta.in fi.ff.de pēis. ¶ Quid āt
erit de bonis iſtoꝝ dānatoꝝ de iure cōi
dic ꝙ ubi quis damnat̃ ď crimīe ex quo
ꝑdit uitam uel ciuitatem aut libertateꝫ
tunc eius bona deferebant̃ in fiſcuꝫ iure
ffoꝝ.ſm diſtinctionē poſitā ꝑ glo.et tex
in.l.i.ff.de bo.dam.et ibi plene ꝑ Bar. ď
iure aūt nouiſſimo auctenticoꝝ reſeruē
tur uenientibꝫ ab inteſtato ut in auc.bo
na damnatoꝝ.C.de bo.preſcrip.ubi aūt
uita ciuitas uel libertas non amittitur
tūc nullo iure deferunt̃ in fiſcū ſed rma
nēt apud delinquētes ⁊ eius heredes ut
ff.de interdic.et rele.l.relegati. Sed quid
ſi ſtatuto uel decreto ſim' caueat̃ ꝙ bō
homicide publicent̃ an filius poterit pe
tere eius legitimā dic ꝙ ſic ut ꝓbat̃ in.l
i.et ibi nō.ꝑ glo.et in.l.cū rō.in prin.et i
.§.ex bonis.cum ſe.ff.de bo.dam.et idem
credo uerſa uice ſi filius fuerit damnat⁹
nam patri reſeruanda eſt ſua legitīa ar.in
d.l.cum rō.§.ſi in libertū.ſup quibus et
alijs nō.ꝑ Bar.in.l.ſi finita.§.ſi de uecti
galibꝫ.ff.de damp.infec.et ꝑ Dy.in re.la
indultum.et per Cy. in.l.ſanctimus. C.
de nup. Nūquid aūt de iure nouiſſimo
hi qui ꝑ ꝯdemnationē amittunt uitam
pn̄t teſtari uidet̃ ꝙ ſic ꝑ.d.auc.bona dā
natoꝝ. Incontrariū deter. Bar.et docto.
qn̄ poſt ꝯdemnatioēꝫ nō debet ꝯdemnat⁹
ſupuiuere ꝑ.l.eius qui.§.ſi cui.et ibi nō.
ꝑ Bar.ff.de teſta.cum ſi. et ſic quo ad h̄
iura antiqua remanēt incorrecta ⁊ ꝑ hoc
ſequit̃ ſm eū ꝙ illi qui hodie per ciuita
tem Lombardie ex forma ſtatutoꝝ dā
nant̃ ad mortem et furchā poſtea ſuſpē
dunt̃ uel decapitant̃ poſt ſnīam etiam
penden̄ tpe ad appellandū nō pn̄t facere
teſtm̄ cuius rō eſt ꝙ ſtati lata ſnīa facti
ſūt ſerui pene ut.l.qui ultīo.ff.de penis
et ibidem ſequit̃ Bar.in.l.certa forma
C.de iure fiſci.et plē ꝑ dn̄m Bal.in.l.et
in priuatoꝝ.C.ſi a nō ꝯpe.iudi. Secus

nūt ſi dānat⁹ uiu⁹ remanēt ut ꝗ depoꝛ
tareť uel in confinibꝫ remanēt uel aliť
exbanniretᷣ ꝗ tūc poſſet teſtari ſm foꝛʒ
iuri. cōis nō autem ſm formā ſtaturoꝝ
ciuitati. a ꝗ̄ bannit⁹ eēt ſʒ Bar. ubi ſup̄
ꝛ. uide p eū i. d. l. i. de bo. dāp. et ita dʒ in
telligi auč. ſi hodie. C. de dona. iť ui. ꝛ ut
ſm dy. ¶ Alteri⁹ queriť an bō eoꝝ q
ſeipos inťfecerūt publicenť hodie ſicut
oli ľ agnati. rebueť p auč. bō dānatoꝝ. ꝯ̄
alle. dicūt doc. ꝗ hodie nō publicāť ſed
agnati. deferūť ꝛ ſic iura ātiq̄ etiā in hoc
cāu p dic. auct. remanent correcta ut de ter.
bar. i l. qui rei i fi. ff. de bo. eoꝝ qui moꝛ.
ſibi. ꝯſti. ꝛ per glo. i l. fi. C. ď iure fiſci. cū
fi. qď nō. ꝗ habui bis de facto ꝛ ꝗ in ſu
pioꝛibꝫ ſati. ꝯpēdioſe ē tactū q̄liter proce
dať ꝛ puiať quis p eī⁹ ꝓprio ďlicto ſup
eſt uidere an ꝛ q̄liter ꝛ qū quis puniēd⁹
ſit p alieno delcō. Circa qď eſt bř aduer
tendū ꝗ regulariť nullus dʒ ex fcō ſeu
alteri⁹ delcō ꝗ̄uari ľ puniri ad qď ꝯmit
tendū nullū ꝓſtitit auxiliū ꝯſiliū ľ fauo
rē ut. C. ne fi. p pa. p totū. et. C. ne uxoꝛ
p mari. p totū. ꝗ pene denť ſolū tenē ſu
os auctoꝛes ut in. l. ſcimus. C. ď pēis. nec
ad agnatos uel affines dʒ innocen. exten
di ut dicit ibi tex. et hēť in. c. q̄ſiuit. eꝫ
de his q̄ fi. a ma. pte ca. abſurdū eni ē ut
alteri p alteꝝ poſſit afferri iiq̄ ꝯditō ut
i. l. rē hēditariā in fi. ff. de euic. et i. l. elcio
§ fi. ff. de noxa. et plē p dy. in reᵍ nō dʒ. ď
re. iuri. li. vi. uerūtū in certis caſibꝫ ſpcāli
bꝫ repiť aliqū ꝯtriū inť q̄s ē qū pr̄ ꝯmit
tit crimē leſe maieſ. q̄ cāu fili⁹ ſuſtinet il
las penas de qbꝫ i. l. qſqs. C. ad. l. iuľ. ma.
Uñ p h⁹ plenioꝛi declātōe reuoco i du
biū. an qs p delcō ſui familiari. poſſʒ ꝯue
niri i q̄. q. ē ſic ꝯcluſiue diſtinguēdū. ꝗ̄
ille familiari. ē hō liber ꝗ̄ ſu⁹. p̄ cāu ꝗ̄ fa
miliaris deliqt in re quā dñs ei⁹ ſimᵗ te
nebat c⁹ tū dñiuʒ ľ q̄i erat alterius ut ꝗ
res erat ꝯmodata ľ locā ipi dño ſuo. ꝗ̄ ď
liqt in re alteri⁹ et ab alio poſſeſſa. ꝗ̄ deli
qt i pſōʒ alteri⁹ tm̄. p̄ cāu ſʒ diſtingue.. ꝗ̄
dñs famuli ad rei cuſtodiā eāt obligat⁹
ex ꝯtctu p̄cedēti ꝛ tūc tnť p delcō famu
li i re ipa ꝯmiſſo ut. l. q inſulā § fi. ff. loca
et ꝯduc. ꝗ̄ ñ erat obligat⁹ ad h̄. et tūc nō
tnť dñs. ut i. l. ſi uēdita. i p̄n. ff. ď pi. ꝛ cō
mo. rei uē. niſi lex ipʒ dñm obligarʒ ꝓpť
coēʒ ꝯtctū uľ ꝯuētōʒ q̄dā ſuadente eq̄ta
te ne 3ᵃ pſō dānū icurrat ut i. l. fluminū
fluui⁹ § q̄. ff. de dā. infec. faě. l. ſi fund⁹.
i. fi. ꝛ. l. ſi ď dāno. ff. ď loca. q̄ cāu tēť p fa
mulo ut ibi. 2.ᵒ āt cāu qū deliqt in re al
teri⁹ et ab alio poſſeſſa tē dñs nō tenetᷣ
ut in dicta. l. ſi uendita. in principio. et
dcā. l. quotiens. in pricipio ꝛ § fi. ff. de no
xa. ꝛ nō. p doc. in. l. i. ff. ſi fa fur. fe. dica. 3.ᵒ
cāu qū deliqt i pſōʒ alteri⁹ ut puta uul
nerando ꝗ̄ rapiēdo ľ aliť delinquēdo et
tūc ꝗ̄ iſte famulus deliqt in offō ꝯmiſſo
dño ſuo et tē tēť dñs ut. l. ij. ff. fur. adū.
nau cau. ſta. p totū. et in. l. i. § familie. ff. ď
publi. ꝛ ibi plē de h̄ p bar. ſaě. ff. nau. cau
ſta. p totū. ꝗ̄ deliqt ex offm̄ et tē dñs nō
tēť ut in. d. l. q̄tiens. in p̄n. et § fi. ff. ď no
xa. niſi dñs mādaſſʒ ľ opē ꝗ̄ auxiliū ꝓſti
tiſſet ut. ſ. dcm̄ ē. Si xo familiaris erat
ſuus tē dñs tēť noxaliť et ď peculio ut
ff. de noxa. p totū. et ď pecu. p totū. faciūt
q̄ nō. et hñť in. l. ſi familia. ff. de iuriſdic
om. iudi. et. ff. ſi fa. fur. fe. dic. p totū. Et
p̄dcā faciūt ad qōʒ poteſtatū et officialiū
q in offō eoꝝ ducūt familiares. nā ſi ta
les familiares delīqrūt in offō ipi offici
ales tenēť ꝓut. ſ. et ꝓbať in. l. i. C. ad. l.
iuľ. repe. et. l. nullus. C. de aſſeſſo. Si tū
ipe officialis exhibeat delinquētēʒ famu
lū liberať ſm Bar. et Ray. ar. dcē. l. nul
l⁹. et. l. i. i. § nouiſſime. ff. de publica. ꝛ ibi
nō. ſec⁹ ſi dñs famuli exerceret offm̄ p̄ua
tū pū tabernā ľ hoſpitariā ꝗ tē nō excu
ſareť ipm exhibēdo ſm Bar. ar. dicti §
nouiſſie. c⁹ rō eē pōt ꝗ iſto cāu ex q̄i ꝯt
ctu dñs tēť ad diligentiā et cuſtodiā. iō
req̄riť ut. ſ. dcm̄ ē. poſtremo ꝗ offēſioēs
cottidie inſurgūt q̄re ſi qs timeat ne ab
aliq̄ offēdať an poſſit petē ꝗ ſibi caueať
de nō offendēdo quā qōʒ forť ſpc. in ti. ď
pig. in § ſeqť. ꝟ. qd ſi tīeo. dic ꝯcluſiue
ſm Bar. et Guil. de cu. Qñq̄ timeť dā
nū inferri de re ad rem et tē ꝓſtanda eſt
cautō ut in toto ti. ff. de dāp. ifec. Qñq̄
timeť de pſō in pſōʒ et tē idē ut i. l. dñū
ciam⁹. C. de his q ad ec. ꝯfu. Qñq̄ tīeť
de re ad pſōʒ ꝛ tē nulla ꝓſtať cautō ut i
l. q bō § q dāni. ff. de dāp. infec. et ibi per
Bart. pōt tū offō iudicī. is c⁹ res ē cogi
rē ipam reficere ut in. l. p̄ſes. ff. de offi. p̄ſi
Qñq̄ timeť de pſō ad rē et tūc ꝓſtabiť
cautio ut in. l. ſi fideiuſſoꝛ. in fi. ff. q ſati.
cogan. et in. l. impatoꝛes. ff. de appel. cum
ſi. ergo ꝛc. et ſic eſt finis ſit laus et gloria
trinis. Amen. ¶ Seqť tabula.

1 Forma ĩterrogationũ fiendaꝝ reo ꝯuẽto reali actione in folio p̄mo
2 Forma libelli in actiõe reali in fo.iiij.
3 ¶Forma opponẽdi contra iudicem ſuſpe/ctum fo.xxiiij.
4 ¶Forma rñſionis rei ꝯuẽti.fo.xxxiij.
5 ¶Forma poſitionis actori.fo.xlvij.
6 ¶Forma excipiendi ꝯtra poſitiones.fo.l.
7 ¶Forma capituloꝝ actori.fo.lij.
8 ¶Forma capituloꝝ qñ teſtes ꝓducuntur ad eternã rei memoriã.fo.liiij.
9 ¶Forma ſequeſtri ſaximẽti.fo.lvi.
10 ¶Forma iuramẽti teſtiũ. fo.lvij.
11 ¶Forma publicationis teſtiũ.fo.lx.
12 ¶Forma opponẽdi ꝯtra teſtes poſt publicationẽ.fo.lx.
13 ¶Forma productionis inſtrõꝝ.fo.lxv.
14 ¶Forma petendi copiã inſtrõꝝ.fo. lxvij.
15 ¶Forma opponẽdi ꝯtra inſtrã. fo.lxviij.
16 ¶Forma iuramẽti quod preſtat᷑ a parte parti. fol.lxxij.
17 ¶Forma ſñie interlocutorie ſuper incompentia iudicis.fo.lxxiiij.
18 ¶Forma interlocutorie ſuper legitimatione perſonaꝝ.fo.lxxv.
19 ¶Forma appellationis ab interlocutoria fo.lxxv.
20 ¶Forma ſñie diffinitiue.fo.lxxviij.
21 ¶Forma appellationis a ſñia diffinitiua fo.lxxxij.
22 ¶Forma rñſionis iudicis a quo appellat᷑ fo. lxxxvij.
23 ¶Forma apoſtoloꝝ .fo.lxxxvij
24 ¶Forma libelli appellantis.fo.lxxxvij.
25 ¶For̄ ſñie in cã appellationis fo.lxxxviij.
26 ¶Forma executionis ſententie diffinitiue fo.lxxxix.
27 ¶Forma qua petitur reſciſſio ſententie late per falſa inſtrã foli.lxxxxij.
28 ¶Forma libelli quo agitur ad penam ex compromiſſo.fo.xcv.
29 ¶Forma ſup ſolutõe pedagioꝝ.fo.cij.
30 ¶Forma libelli in actiõe ꝯfeſſoria pro ſeruitute uel iuriſdictione.fo.ciij.
31 ¶Forma libelli in actione negatoria.fo cx
32 ¶Forma libelli i actiõe noui opis.fo.cxij.
33 ¶Forma libelli quo uxor agit ad dotẽ et uſufructũ.fo.cxiiij.
34 ¶Forma libelli quo agitur ad reuocatõeꝫ feudi.fo.cxxvi.
35 ¶Forma libelli quo agitur ad reddendũ rationẽ tutele.fo.cxxxiij.
36 ¶Forma libelli quo agit᷑ ut pacta ſeruentur.fo.cxl.
37 ¶Forma libelli in cã uẽditiõis.fo.cxliij.
38 ¶Forma libelli in cã ſocietatis. fo.cxlix.
39 ¶For̄ libelli ꝯ͠ plures reos debẽdi.fo.cli.
40 ¶Forma libelli ꝓ donatiõe.fo.clv.
41 ¶Forma in integꝝ reſtitutionis.fo. clix.
42 ¶Forma libelli quo agit᷑ ad ficti ſolutiõꝫ et rei relaxationẽ.fo.clxij.
43 ¶For̄ libelli i actiõe ipothecaria.fo.clxviij
44 ¶Forma reſponſionis libelli in actiõe ipothecaria q̄ ꝯuent᷑.utitur.fo.clxxvi.
45 ¶Forma libelli in cauſa ſpoliate poſſeſſionis.fo.clxxxij.
46 ¶For̄ libelli ꝓ turbata poſſ͛ioe.fo.clxxxv
47 ¶Forma libelli pro legato rei ſingularis fo.clxxxviiij.
48 ¶Forma libelli quo petitur hereditas ex teſtamento.fo.cci.
49 ¶Forma libelli ꝓ hereditate ab inteſtato delata.fo.ccvij.
50 ¶Forma libelli quo agit᷑ ex ſubſtitutiõe fo.ccxij.
51 ¶Forma libelli ꝓ hereditate uel rei ſingularis diuidenda.fo.ccxxvij.
52 ¶Forma inquiſitiõis.fo.ccxxxij.

¶Finis.

¶ **Aab** De iſtis dictionibꝰ uide i forma capituloꝝ qñ teſtes recipiunt ⁊c. in glo. uſq; ad kleñ.

¶ **Abſens** Quis dicat̃ in for̃ libelli cont̃ plures reos debendi in glo. qlibꝫ ipoꝝ. et in for̃ reſponſionis rei ɔuenti in gl. pſcriptiois.

¶ **Actio** De actioẽ pſonali in reꝫ et mixta. uide in forma i terrogati. fieñ. reo. in glo. actione reali et eaꝝ. diam uide ubi ſup̃ in glo. deduceñ. Actiones arbitrie que dicant̃ in forma libelli in actioñe reali in glo. et in floreis. Quot ſũt actionũ gña. uide in glo. ubi ſup̃ ſaluo iure. De actione directa et uti li uide in forma li. in cã ĩueditil. i gl. ceſſat ⁊ mãdauit. De actioibꝰ realibꝰ pſolibꝰ utilibꝰ et directis. uide ubi. ſ. in glo. ſeq. De actione ipothecaria. uide in forma li belli in actioẽ ipothecaria. p totũ. et in ti. ſe. p totũ. De acti. pluribꝰ ex delicto ubi ſup̃ in glo. ex memoratis cãis. De acti. fa miliercl. et cõi diui. et eaꝝ diam plẽ i for̃ li. p here. l. re ſigñ. diuideñ. p totũ. De acceſſione uide in for̃ põnuꝫ a toꝝ i gl. item ꝓ dictus. A.

¶ **Adulteriũ** De adulte rijs in for̃ li belli quo uxor agit ad dotẽ in glo. uxor quondã Thadey. In forma libelli quo petit̃ hereditas ex teſtamẽto in glo. pure. Quot requirunt̃ in aditi hereditatis in forma libelli p herede ab inteſta. de la. gl. ipaꝫ que hereditatẽ ⁊c.

¶ **Affinitas** Quid ſit i for̃ libelli q̃ uxor agit ad dotẽ i glo. ſi ſit affinis.

¶ **Alienare** Que res phibe ant̃ alienari ⁊ q phibent̃ alienare in for. li. in acti. reali i glo. niſi a. l. phibeat̃. et in glo. ueꝝ ac le gitimis tit.

¶ **Aliuio** Uide ubi ſupra prie in glo pdicta et in for ma li. q̃ agit̃ ad reuocati feudi.

¶ **Alternatiua** De eiꝰ nã in gl. ubi. ſ. proxio. ſaluo iure.

¶ **Alimenta** De alimẽtis pſtandis p ui rũ uxori et econt̃. in forma li. quo uxor agit ad dotẽ glo. uxor quondã dñi Thb. et glo ac etiã alimentis. Quid ɔtineat̃ appellatione alimẽtoꝝ et qñ debeant̃ ⁊ a qbꝰ in for. li. pro legato rei ſingul'is. gl. i

¶ **Ambaſſiator** De ãbaſſaria in for. li. in ite. reſti. peteñ. glo. i legatõe ⁊c.

¶ **Amittere** De amiſſione pignoꝝ i for. reſponſionis libelli quo agit̃ ad reddeñ rõeꝫ tutele glo. anologiſtas.

¶ **Annuũ** De legatis ãnuis ⁊ ſtipulatione qd ipor tet in forma libelli p legato rei ſingul'is glo. pma.

¶ **Apoſtota** In forma li. in actione reali gl ueꝝ ac legiti. ti.

¶ **Apoſtoli** Qui ſũt apoſtoli et lr̃e dimiſſorie in forma appellationis a ſnia dif. in glo. apoſtolos.

¶ **Appellatio** De appel latione ab executi. ſnie. in for̃. executi ſnie. glo. p. pu blico ſuitori. an appellatio unius conrei proſit alteri ɔreo, i for. li. ɔt̃ plures reos debendi glo. ɔdemnetis. de appellatione a ſnia diffinitiua et interlocutoria in ti. ſpecialibꝰ.

¶ **Arrogatio ado ptio** In forma libelli in acti. reali glo. iure diuij.

¶ **Arbiter arbitra tor** De arbitris et arbitratoribꝰ i forma li. quo agit̃ ad penam ex compromiſſo.

¶ **Aſſertus** De iſto uerbo in forma appellatio nis a ſnia diffinitiã glo. occaſione ⁊c.

¶ **Aurum argentũ** De auro et argento legato. et qd ɔtine at̃ eoꝝ appellatione in forma li. pro lega to rei ſingul'is. glo. i.

¶ **Bellum** Qñ dicat̃ fieri bel lum in for. li. i acti. reali glo. niſi a. l. phibeat̃. licitũ et illici tũ quid ſit. i forma li. in cã ſpoliate poſſ. glo. ad reintegrañ.

¶ **Beneficium** De bñfi cio noua rũ ɔſtitutionũ et epiſtole diui. adri. i for̃ li. ɔtra plures reos debendi. glo. bñficio nouaꝝ ɔſtitutionũ.

¶ **Bona** Qualit̃ pbet̃ res fuiſſe in bois debitoꝝ forma

li.in actl.ipo.glo.et memoratis. Que ſūt illa bona que includūt in gñali obligatione uide ubi ſup. De bonis debitorum dandis in ſolutū creditori in for reſponſionis.li.in actl.ipo.exceptione ſolut.

¶ **Cauſa** De cā exprimen.in li.i forma li.in actl.reali glo iure dñij uel qi de cā fal. in for ſnie diffinitiue in pma glo.an cā ſit exprimenda in ſnia diffi.ubi.ſ.in glo.relat.de cā conſulen.in forma appellationis a ſnia diffitia glo.petens.

¶ **Cautio** De cautione petēda p reū in for li.in actl reali.glo.cōdemnetis.

¶ **Capitula** Qualit fiant capitula et ſup quibus fiant in forma apoſtolorum per totum Que dicant noua capitula et que uetera in forma opponēdi cōtra teſtes. in glo. ſūtqz alijs publicatis.

¶ **Carcer** An quis poſſit intrudi in carcerē p debito priuato in for executl ſnie.glo.i.

¶ **Cedere ceſſio** De iſtis uerbis cedere et cōcedē quid importent. uide in for li.in cā uenditionis in glo.ceſſit et mandauit.de ceſſione ubi.ſ.et in forma rñſionis li.ipo.glo.cedente.

¶ **Cenſus** Quis poſſet imponere cenſū et qñ in forma li.quo agitur ad ficti ſolutl.glo.fictū deciptis. Quis deberet ſolue cenſū pro re legata.an heres uel legatarius in forma li. pro legato rei ſingulis.i glo.i.

¶ **Ciuiliter** Ubi quis poſſet agē ciuilit uel criminalit ſup falſo in forma qua petitur reſciſio ſnie late p falſa inſtrā gl.qł qlis

¶ **Citatio** Qñ reus ſit citand⁹ uel actor et ubi i for rñſionis rei cōuēti glo.i termio. De citatione fienda in aditione hereditatis forma li.quo petitur hereditas ex teſtō in glo.quare.

¶ **Ciuitas ciuis** Qui cōphendā tur appellatione ciuitatis uel ciuiuz uel patrie in forma li.in negatoria. glo. ſpectat et ptinet.an ciuitas poſſit obligari ex mutuo in forma li.in ipo.glo. mutuo

¶ **Clauſula** De clauſulis appoſitis in fi teſtōrū for.li.pro legato rei ſingulari.glo.ualere debeat. an clauſula gñalis in fine poſita reſtringat ad ſpecificata.uide ubi.ſ. pri.in fi.ti.

¶ **Confeſſio** De cōfeſſis i iur et alibi in forma interrogatl.fiende reo.glo.interrogetis i iure. Qñ cōfeſſio piudicet cōfitenti. uide ubi ſup. an cōfeſſio duo cōtinens unuz cōt cōfitentem et aliud p cōfitente poſſit p aduerſariū diuidi in forma petendi copiaz inſtrumētorū glo.cū anno. Confeſſio et iurata fcā ad inſtantiā perſone nō capaci. an ualeat in forma lib. quo uxor agit ad dotem glo.dedit et tradidit in fi.

¶ **Comparitio** Quis dicat litime cōpere in forma li. in actioē reali gl.litime cōparente

¶ **Conductor** An cōductor teneat de caſu fortuito rei locate uide in for.li.q agitur ad ficti ſolutiōez glo. inueſtiuit.

¶ **Cogere** An coactl. per iudicez aliquid ſoluere alij qp creditori excuſetur forma ſequeſtri glo. audeat.

¶ **Coherentie** De his in for.li. i actl. reali glo.cui coheret.

¶ **Contractus cōtrahere** Qñ cōtractus reddit minus litim⁹ et inutilis et quis pōt cōtrahere et qs nō uide ubi ſup glo.ueras Qñ cōtractus reuocet uide ubi ſup. qñ dicat cōtractus his certus uel incertus uide ubi.ſ.gl.et i florenis. De cōtctibus inualidis et qñ reprobant uide i forma li.in inte.reſti.peti.gl.tūc iurauit.

¶ **Concluſio** De cōcluſione libelli i forma li.in actione reali glo.quare petit.

¶ **Condemnatio**

¶ **Compulſio** De cōdemnatione et cōpulſione et iuris remedijs ubi ſup glo cōdemnetis.

¶ **Copulatiua** De nā copulatiue ubi ſup glo. ſaluo iure.

¶ **Contumax** De cōtumace nō rñdēdo poſitionib⁹ uel libello.in forma rñſionis rei cōuēti in glo.in termio. Cōtumax

